THEODORUS MOPSUESTENUS VETERIS TESTAMENTI SOBRIE INTERPRETANDI VINDEX.

COMMENTATIO

QUAM EX AUCTORITATE
SUMME REVERENDI ORDINIS
THEOLOGORUM
IN ACADEMIA ALBERTINA
VENIAM LEGENDI RITE IMPETRATURUS
D. XV. MENSIS FEBRUARII
H. L. Q. C.
PUBLICE DEFENDET

FRIDERICUS LUDOVICUS SIEFFERT
PHIL. DR. ET S. S. THEOL. LIC.

ASSUMTO AD RESPONDENDUM SOCIO
AUGUSTO FRIDERICO VICTORE DE WEGNERN
REGIMONTANO,
THEOLOGIAE CANDIDATO.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT
JULIUS HERMANNUS EDUARDUS TOOP,
ET
FRANCISCUS LEYDE,
REGIMONTANI,
THEOLOGIAE CULTORES.

REGIMONTI A. MDCCCXXVII,
TYPIS ACADEMICIS HARTUNGIANIS.

Praefatio.

Quum libris sacris pertractandis omnem ferme operam meam navans, eos adiissem illorum interpretes, quos in hoc genere eximios esse omnes concedunt, nempe antiquos illos e schola Antiochena oriundos, inter eos Theodorum, Mopsuestiae in Cilicia episcopum, mox ita adamare coepi, ut, quum praeclari hujus viri de rebus exegeticis et dogmaticis merita parum adhuc perspecta esse viderem, operam meam quantulamcunque iis collustrandis dicare mihi proponerem. Perlustratis igitur omnibus, quae libris editis continentur, Theodori fragmentis, etiam integrum ejus commentarium in duodecim prophe-

tas minores, quem in bibliotheca Caesarea Vindobonensi codice manuscripto servari sciebam, adire vehementer optavi. Adjutus igitur Supremi Ministerii Regii munificentia, ante hunc annum, et quod excurrit, praeterlapsum Vindobonam proficiscor, eaque quae consilio meo accomodata fore existimo, e codice illo, cujus describendi et opportunitas et tempus defuit, diligenter excerpo, totius codicis descriptionem alii tempori, quo vel diutius in hac re versari, vel thesauris illic reconditis ac sedula (ne dicam Gryphum) vigilantia et tenacitate custoditis liberalius uti concessum foret, reservans. Berolinum igitur reversus, ecce, illico ex ephemeridibus publicis Angelum Majum, sollertem Vaticanae bibliothecae praefectum, inter multas alias res etiam ejusdem illius commentarii Theodoriani editionem e codicibus Vaticanis molitum esse cognosco. Insto igitur bibliopolae, ut opus illud arcessat; sed, quae est in libris ab extraneis petendis tarditas, ante hos duos menses praeterlapsos tandem assequi illud mihi contingit. Avide igitur librum evolvo, sed, proh dolor! quantam deprehendo hominis Itali levitatem! Quum enim duos praesto habuisset codices, integrum illum commentarium continentes (Sacharja tantum in al-

tero deficiente), editor iste, veluti nugas agens, medio ex opere quorumdam commentariorum, nempe in Amosum, Sacharjam, Aggaeum et Oseam initia, ordine turbato, decerpsit, et tres tantum, in Jonam, Abdiam et Nahumum commentarios integros exhibuit, lectores, nulla excusatione idonea allata, ad sequentem hujus collectionis veterum scriptorum tomum demandans, ubi illorum commentariorum reliquias collecturus, nec non ea Theodori fragmenta, quae apud Leontium Byzantinum latine leguntur, graeco sermone e codicibus Vaticanis cum lectoribus communicaturus sit, accuratam omnium Theodori fragmentorum justo ordine disponendorum collectionem alii cuilibet relinquens et commendans. Nos igitur nunc iis, quae jam publici juris facta sunt, hac in dissertatione usi sumus, nonnulla insuper ex iis delibantes, quae nosmetipsi e codice Vindobonensi decerpsimus. Ceterum ea, quae ab Angelo Majo edita sunt, cum codice Vindobonensi, exceptis minutiis quibusdam paucissimis, accuratissime semper consonare, excerpta nostra nos docuere.

Alii autem tempori pleniorem vitae ac universae theologiae Theodori descriptionem reservantes, nunc ea tantum, velut speciminis loco, exponere juvat, quae

de Vetere Testamento sobrie interpretando Theodorus bene meruisse videtur. Quae si non prorsus a lectoribus eruditis reprobari senserimus, haud mediocre studiis his nostris incitamentum suppeditari existimabimus.

Scribebam Regimonti Idib. Decemb. A. MDCCCXXVI.

Graviora sphalmata typographica.

p. 2 lin. 4. dele post eum comma.
— — — 11 lege Origene pro Origine.
— — — 15 — Origenis pro Originis.
— 3 — 15 — in pro In.
— — — 24 — occasione pro occastone.
— — — 36 — interpretabatur pro interbatur.
— 4 — 37 — symbolorum pro symbolorem.
— — — ultim. — gaudentibus pro gend.
— 6 — 15 — Veteris pro Viteris.
— — — 19 — indicari pro iudicari.
— — — 20 — Steudel pro Stendel.
— — — 22 — inveniri pro iuveniri.
— — — 33 — colligere pro callig.
— 8 — 8 — distinguendis pro distingendis.
— — — 24 — firmiori pro firmieri.
— — not. 8. lin. 2 — *αὐτὸν* pro *αὐςον*.
— 10 lin. 10 — rerum pro rsrum.
— 11 — 4 — contineret pro continereret.
— 12 — 17 — probe pro prebe.
— 13 — 4 — exhiberent pro exbib.
— 14 — 1 — interpretationis pro interpretatione.
— — — 6 — maxime pro maximo.
— 31 — 23 et 28 dele jota subscr. sub *ἑρμην*.
— 39 — 1 lege Commentario pro Commenrio.

Caput primum.

Qualis fuerit hermeneuticae sacrae ante Theodori Mopsuesteni tempora status.

Quum neminis in re aliqua tractanda bene versati merita juste possint aestimari, nisi aliorum studia circa eandem rem collocata satis perspecta fuerint, nos quoque Theodori Mopsuesteni operam in libris sacris Veteris Testamenti interpretandis positam descripturi, antea quis fuerit hermeneuticae sacrae ante Theodori tempora status, paucis in memoriam revocemus oportet. [1])

---

1) Ceterum lectores demandatos volumus ad Rosenmülleri historiam interpretationis librorum sacrorum, et ad Flüggii Geschichte der theologischen Wissenschaften T. 1 et 2, quem quidem posteriorem alienorum studiorum compilatorem Rosenmüllerus diligenti fontium pervestigatione longe antecellit. Sed quamquam uterque materiam quidem hujus historiae non prorsus parcam congessit, neque ea contemnenda sunt, quae Richardus Simon in sua Histoire critique des principaux commentateurs du Nouveau Testament, et in Histoire critique du Vieux Testament livr. 3

Jam vero totam hermeneuticae sacrae historiam antiquiorem Theodori Mopsueseni studiis ita dispesci censemus, ut in eo velut altissimum hujus artis fastigium cernatur, quod omnibus eum, antecedentibus temporibus adspiretur, a quo deinde ita rursum descendatur, ut usque ad universalem litterarum et sacrorum restaurationem nemo reperiatur, qui Theodoro merito possit aequiparari. Quae autem Theodorum antecedit periodus, ab aetate apostolica usque ad medium saeculum quartum pertinens, iterum in duas dividitur partes, quarum limitem ab Origine, celeberrimo illo librorum sacrorum et critico et interprete secatam videmus.

Et quod ad primum illud temporis spatium attinet, religionis nostrae initiis et Originis studiis circumscriptum, Veteris Testamenti libros, qnos nunc solos, hermeneuticae sacrae historiam percurrentes, spectamus, a Judaeis, divinae veritatis lucem ad reliquas gentes portantibus, una cum evangelio praedicato quovis divulgatos esse novimus. Jam vero inter Judaeos tam Palaestinenses quam Alexandrinos ex longo jam tempore hanc exponendae scripturae sacrae rationem usitatissimam fuisse constat, qua relictis sobriae interpretationis legibus [2]) ii, qui in-

---

exhibet, tamen nullam adhuc habemus antiquioris hermeneuticae sacrae historiam satis probabilem. Etenim singulis illis notitiis de singulis commentariorum quorundam auctoribus, inter quos adeo haeretici, quod gravissime vituperandum est, ferme prorsus omitti solent, nondum pragmatica artis hermeneuticae historia sistitur. Hanc igitur adhuc desideramus.

2) Nempe sobrium aliquem esse, sobrieque res suas tractare eo potissimum cognoscimus, si eorum, quae vel dicit, vel agit facitque, ita eum conscium esse

terpretes videri vellent, non quid scriptores sacri sensissent, quaeve cogitata verbis suis expressissent, sed quis verborum sensus etiam reliqui sermonis nexu omisso, esse posset, explorarent, atque hunc sensum (allegorici nomine designatum, id est, aliud quid significantis, quam quod auctoris verba juxta grammaticae et historicae interpretationis leges explicata

---

apparet, ut consilii, quod in dicendo vel agendo ille spectet, memoria menti inhaereat, ac singulas quasque continua serie excitet actiones. Interpretis autem hanc esse provinciam inter omnes constat, ut quod alii senserint, suisque verbis expresserint, id ipse intelligens coram iis qui illorum sermonem aut plane non, aut non satis callent, luculenter proponat. Eum igitur sobrie In interpretando versari dicemus, qui dum interpretis personam agit, ita semper se gerat, ut aliorum cogitata a se fideliter referri debere nunquam videatur oblitus esse. quam quidem sobriam interpretandi rationem, si velut verbum de verbo transfers, facile retinebis: at vero si verborum propositorum sensum explicaturus, in longiores exspatiaris disquisitiones, facile fieri potest, ut auctoris verba deserens, tua commenta, hac occastone data, potius proferas, quam aliorum verba explices, atque ita de rebus ab auctore propositis vel etiam leviter memoratis potius philosopheris, quam quae ille cogitaverit, fideliter interpreteris, quod si faciens, interpres tamen videri affectas, sobriam interpretandi rationem jam dereliquisse merito censeris. Hanc autem muneris injuncti consiliique propositi oblivionem imprimis sacri codicis interpretes saepius cepisse, facile inde intelligitur, quod stabilita horum librorum aűctoritate suas quisque sententias communire exoptans, quavis occasione data, haec sua commenta, dnm interpretabatur, potius proponere, quam genuinum verborum sensum solummodo referre studebat. Diverso autem modo ejusmodi interpretes magis philosophantes quam vere interpretantes sese gessisse et nunc se gerere facile perspicitur; aliter

continere videbantur) a se potius excogitatum, quam e libris sacris petitum nihilominus pro divina veritate venditarent. Hancce igitur sacri codicis interpretandi rationem a Judaeis veritatis evangelicae beneficia afferentibus, etiam gentilos eo lubentius receperunt, quo usitatior inter hos quoque eadem erat antiquorum vatum exponendorum ratio, et quo dif-

enim de scriptura sacra philosophantur, qui nihil nisi limpidissimum veritatis fontem ea contineri sibi persuasum habent, aliter, qui cum magna rerum satis laudabilium copia multa falsa, portentosa, inepta illis libris commixta esse opinantur; alteri igitur genuinum librorum sacrorum sensum non aspernantes, ea potius, quae de illo tanquam vero posito, sive apte sive inepte deliberaverunt, insuper libris ipsis intrudunt, (id, quod a Judaeis factum esse constat), alteri pro vero sensu ab ipsis rejecto suas potius ratiocinationes venditant. Inter eos autem, qui Christi ecclesiae adnumerari volunt, interpretes posteriori loco descripti quum Veteris imprimis Testamenti libros naevis illis ita commaculatos esse plerumque statuant, ut ferme omnem eorum auctoritatem aspernentur, illud quoque sapientiae suae thesauris refercire minus dignantur, sed, ne quid pereat, Novo potius Testamento, cujus aüctoritatem prorsus evertere nec possunt nec audent, audacter eos substituunt, et tanqnam veram scriptorum sacrorum doctrinam deinde eliciunt. Priores autem, quos diximus, interpretum illorum importune philosophantium, quum biblia sacra pro unico veritatis divinae fonte habeant, in Novi Testamenti sensu eruendo non facile impediuntur, quo minus sobriae interpretationis leges sequantur; eo magis autem in Veteris Testamenti libris, qui nec plenam illam veritatem divinam a Novi Testamenti scriptoribus traditam contineant, nec parciorem hanc allegoriarum, symbolorem, vaticiniorum involucris non reconditam teneant, genio suo indulgere consueverunt, nempe his quoque Veteris Testamenti libris tanquam eadem origine divina gendentibus ea

ficilius verum librorum sacrorum sensum propter rerum Hebraicarum ignorantiam explorare potuerunt [3]). Accedit, quod Novi Testamenti libris nondum conscriptis, Vetus Testamentum a Jesu Christo satis commendatum, unicus fuit verae fidei fons litteris mandatus, unde totus fidei complexus hauriri et posse et debere videbatur; id quod non nisi allegoricae interpretationis ope fieri potuit, hominesque ei librorum sacrorum tractandorum rationi assuefecit, qua sententias suas ante jam mente conceptas illorum auctoritate potius fulcire, quam sensum eorum sine partis cujusquam studio sobrie investigare studerent. Apostolorum autem scriptis deinde divulgatis, illius interpretationis usus etsi vehementer fortassis coerceri potuisset, tamen non potuit exstirpari; immo vero, quum etiam Novi Testamenti libris multa continerentur, quae allegoricam illam interpretationem

---

omnia insinuantes, quae ex Apostolorum scriptis jam cognoverunt. Ita igitur factum, ut inter Christianos Heterodoxi, qui dicuntur, magis in Novo Testamento, Orthodoxi autem magis in Vetere Testamento interpretando hallucinati sint, utrique autem sobriam interpretandi rationem saepissime reliquisse merito censeantur. Ceterum ex his, quae eousque diximus, lectores sobriam interpretationem cum prorsus recta non plane commutandam esse videbunt. Quanquam enim recte interpretari nemo nisi sobrius potest, tamen sobrii quoque falluntur, quum ad recte interpretandum pluribus rebus opus sit, quam sola sobria mente. Si igitur de sobria dicimus interpretatione, totum duntaxat interpretandi genus spectamus.

3) Allegorice, inquit Hieronymus in praefatione commentarii in Abdiam, olim interpretatus sum Abdiam prophetam, cujus historiam nesciebam.

sapere videbantur, [4]) etiam confirmari et probari plerisque visus est. Ita factum, ut non solum haereticarum partium sectatores hac exponendae scripturae sacrae ratione tanquam firmissimo errorum suorum praesidio perpetuo uterentur, sed etiam omnium virorum, quos dicunt, apostolicorum commentationes, si quae nostram memoriam non effugerunt, ejusmodi expositione litterarum sacrarum refertae sint. Neque etiam saeva, qua in libris sacris allegorice exponendis γνώσεως istius ψευδωνύμου amatores utebantur, licentia, ecclesiae catholicae primipilarios permovere potuit, ut spretis omnibus allegoriarum artibus sacri codicis sobrie interpretandi leges scriberent e sano grammaticae historiaeque usu petitas, quibus

4) Huc omnia ea Viteris Testamenti loca referenda sunt, quae, imprimis in Evangeliis, consueta illa formula: ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος sive ἡ γραφή, citantur; qua quidem formula haudquaquam allegoricam illorum locorum interpretationem iudicari luculentissime comprobavit V. S. R. *Dr. Stendel* in *Bengelii* Neues Archiv für die Theologie Vol. IV. p. 503 ss. Re vera autem iuveniri interpretationis allegoricae exempla etiam in Novi Testamenti libris, negari quidem non potest, verum nec in Jesu Chrtsti sermonibus nec in Apostolorum libris (quibus epistolam ad Hebraeos et Apocalypsin Joannis dictam non posse adnumerari censeo) certa hujus interpretandi generis vestigia deprehenduntur, nisi forte unum excipias Pauli Apostoli locum in in epistole ad Galatas cap. 4, de quo tamen alii aliter sentiunt, et qui saltem ita comparatus est ut ipsene Apostolus hanc tanquam veram interpretandi rationem susceperit, inde non possis certo calligere. Reliqua omnia, quae ab aliis prolata sunt hujus interpretationis exempla, ex alio genere sunt, nimirum e symbolico et typico, quod cum interpretatione commiscuisse, hujus, quod deploramus, mali fons est et origo.

haereticorum delirias coercerent. Qui autem ex altera parte in externa quaeque abierunt, ita ut rhetoricae et poëticae dictionis usu neglecto, etiam frequeutes eos, quos libri sacri exhibent, allegorias, litterali sensu excipiendas esse statuerent, [5]) atque his litteris accuratissime perscrutandis totam suam operam navantes, multifarios qui e Veteris Testamenti historiis et praeceptis diligenter contemplandis ad pietatem promovendam concipiuntur fructus perderent, ii, inquam, humili hoc studiorum genere ad meliorem interpretandi rationem Allegoristas haudquaquam potuerunt invitare, immo vero sterilem istam verbi divini tractandi rationem ab his ita explosam esse videmus, ut, quum illa ne allegorias quidem a scriptoribus sacris vere usitatas agnoscerent, hi potius, eos impugnantes, etiam reliqua omnia in allegorias converterent, et quum illi interiorem Veteris Testamenti oecononiam pie contemplari prorsus omitterent, hi potius ejusmodi contemplationes jam ipsis librorum sacrorum verbis sub allegoriarum integumento inessa statuerent. Omnes igitur ecclesiae patres, quamquam in diversas alioquin partes abeuntes, eo tameu consenserunt, sensum litterali altiorem erudito pioque homini utique investigandum esse, haereticorum autem catervas propterea tantum in sacro codice inter-

---

5) Ejusmodi interpretamenta litterae adhaerentia ac tali modo etiam numinis supremi celsitudinem ad humanam imbecillitatem revocantia a Philone castigantur de plant. Noe p. 219. Τῶν ἀνθρωπόμορφον ἔτι τε καὶ ἀνθρωποπαθὲς τὸ αἴτιον εἰσαγόντων ἐπ᾽ εὐσεβείας καὶ ὁσιότητος καθαιρέσει μεγάλων ἀρετῶν ἐκθεσμότατα ὄντα εὑρήματα, et ab *Origene* de princip. lib. 4. §. 8. 9. ubi haeresium maxime detestabilium causam in humili ista interpretandi ratione et litterae inhaerente deprehendi docet.

pretando falli, quod communi ecclesiae traditione exegetica et dogmatica derelicta, suo Marte in libros sacros insaevirent; omnes autem ex altera quoque parte nec sensum grammaticum prorsus reprobandum, neque allegoriarum studio nimis indulgendum esse, passim lectores suos edocent; nemo autem eorum, id quod hujus periodi proprium est, de variis illis interpretandi rationibus vel distingendis vel juste adhibendis satis accurate praecipit; omnes pro lubitu nunc contra Allegoricorum studia acriter invehuntur, nunc ipsi allegorias rimantur, analogia fidei pro unico sanioris hermeneutices canone utentes.

Hanc autem hermeneuticae sacrae faciem sequenti periodo ita commutatam videmus, ut quae ante ex quacunque parte fluxa et vaga fuerunt, ea nunc certis legibus circumscripta et stabilia appareant. Quae quidem rerum mutatio potissimum evenit, ex quo vir ille excelsus, cui pares semper rarissimos esse voluit natura, Origenem dico, eo ingenii acumine, eaque eruditionis copia, quibus ille eminuit, ut reliquas omnes theologiae disciplinas, ita etiam hermeneuticam saeram excolere aggressus est. Prohibuit enim ea, qua ille pollebat, rationis constantia, quo minus vaga ista omnique fundamento firmieri destituta librorum sacrorum exponendorum ratio sibi probaretur. Origenes igitur, quum a scripturae sacrae littera penitus contemnenda, ea qua illius auctores suspiciebat religione impediretur, sensum autem litterali altiorem ut rimaretur, tum nativa ingenii alacritas, tum reverenda magistrorum, imprimis Clementis Alexandrini, exempla, tum intermissorum horum studiorum pericula [6]) suaderent, Origenes, inquam,

6) Αἰτία δὲ πᾶσι τοῖς προειρημένοις (nimirum haereticis, qui in absurdissimos quosque errores incidissent, Ju-

nec litterali sensui nec eo altiori quidquam derogare studens, utrumque interpretandi genus recte teneri et posse et debere judicavit. Et quum ab ipsa scriptura sacra lectores moneri censeret, ut ejus sensum triplici modo constitutum exciperent, [7]) hanc sensus triadem a naturae humanae, cui beandae scriptura sacra destinata esset, triade non absimilem esse judicavit, [8]) ita ut librorum sacrorum velut corpus, anima et spiritus hanc triadem continerent, et prout cujusque natura vel a corpore vel ab anima vel a spiritu suo magis penderet, ita etiam ille scripturae sacrae vel corpus vel animam vel spiritum potissimum assequeretur. [9]) Atque scripturae quidem corpus sive sensum carnalem (σαρκικὸν, σωματικὸν) eum esse

daeis et Gentilibus, quibus libri sacri maximo fuissent scandalo) ψευδοδοξιῶν καὶ ἀσεβειῶν ἢ ἰδιωτικῶν περὶ θεοῦ λόγων · οὐκ ἄλλη τις εἶναι δοκεῖ, ἢ ἡ γραφὴ κατὰ τὰ πνευματικὰ μὴ νενοημένη, ἀλλ᾽ ὡς πρὸς τὸ ψιλὸν γράμμα ἐξειλλημένη. Origen. de princip. lib. 4. §. 9.

7) De princip. lib. 4. §. 11. παρὰ τῷ Σολομῶντι ἐν ταῖς προοιμίαις (Proverb. 22, 20) εὑρίσκομεν τοιοῦτόν τι προστασσόμενον περὶ τῶν γεγραμμένων θείων δογμάτων· καὶ σὺ δὲ ἀπόγραψαι αὐτὰ τρισσῶς ἐν βουλῇ καὶ γνώσει, τοῦ ἀποκρίνασθαι λόγους ἀληθειάς τοῖς προβαλλομένοις σοι.

8) Ibid. ὥσπερ γὰρ ὁ ἄνθρωπος συνέστηκεν ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς καὶ πνεύματος, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ οἰκονομηθεῖσα ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς ἀνθρώπων σωτηρίαν δοθῆναι γραφή.

9) ἵνα ὁ μὲν ἁπλούστερος οἰκοδομῆται ἀπὸ τῆς οἱονεὶ σαρκὸς τῆς γραφῆς, οὕτως ὀνομαζόντων ἡμῶν τὴν πρόχειρον ἐκδοχήν, ὁ δὲ ἐπὶ ποσὸν ἀναβεβηκὼς, ἀπὸ τῆς ὡσπερεὶ ψυχῆς αὐτῆς· ὁ δὲ τέλειος καὶ ὅμοιος τοῖς παρὰ τῷ ἀποστόλῳ λεγομένοις· σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις, σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων, ἀλλὰ λαλοῦμεν θεοῦ σοφίαν ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν ἡμῶν, ἀπὸ τοῦ πνευματικοῦ νόμου σκιὰν ἔχοντος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. ibid.

statuit, quem verba, servata significetione propria, primo obtuitu funderent (τὴν πρόχειρον ἐκδοχὴν); scripturae animam sive sensum ψυχικὸν, hominum animas tanquam cupidinum sedes ferientem dixit moralem, qui prodiret, quum relicta propria dictionis alicujus vi, auctoris verba ita tractarentur, ut quid ad disciplinam morum vel commendandam vel illustrandam idoneum iis contineretur, clarius enuclearetur. [10]) Denique spiritalem expositionem ejus proprium esse censuit, qui demonstrare posset, quarumnam rerum coelestium similitudini et adumbrationi Judaei externa rerum suarum specie serviissent et quorum futurorum bonorum umbram tota Veteris Testamenti oeconomia habuisset; qui igitur verborum allegorias, rsrum illarum sublimiorum involucra ita posset explicare, ut lectorum oculis res illae absconditae di lucide proponerentur. [11]) Quem spiritalem sensum du-

---

10) De sensu psychico Origenes non multum disserit, verum exemplis ab ipso prolatis, quid de ea re forte sensertt, videmus. cf. l. c. §. 12. Τῆς δὲ ὡς ἂν εἰς ψυχὴν ἀναγομένης διηγήσεως παράδειγμα τὸ παρὰ τῷ Παύλῳ ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς Κορινθίους κείμενον· γέγραπται γάρ, φησιν, οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα, ἔπειτα διηγούμενος τοῦτον τὸν νόμον, ἐπιφέρει· μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ θεῷ; ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγράφη, ὅτι ὀφείλει ἐπ' ἐλπίδι ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾷν, καὶ ὁ ἀλοῶν ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετέχειν. Aliud exemplum vide Homil. in Exod. T. II. p. 131, ubi narratio de Israelitis post Josephum fratresque ejus mortuos, perquam multiplicatis ita explicatur: „In te si moriatur Joseph, id est, si mortificationem Christi in corpore tuo suscipias et mortifices membra tua peccati, tunc in te multiplicabuntur filil Israel. Filii Israel sensus boni et spiritales accipiuntur. Si ergo sensus carnis mortificentur, sensus spiritus crescunt, et quotidie in te morientibus vitiis, virtutum numerus augetnr."

11) Πνευματικὴ δὲ διήγησις τῷ δυναμένῳ ἀποδεῖξαι, ποίων

plicem esse docuit, alterum allegoricum, alterum anagogicum. Quum enim bona illa futura, quorum umbram et figuram praeformatam Vetus Testamentum sub allegoriarum integumento contineret, partim in ecclesia Domini nostri Jesu Christi jam hac in terra fundata, partim in regno coelorum aliquando demum recuperando percipienda essent, eum, quem librorum sacrorum verba allegorica ratione ad ecclesiam jamjam a Jesu Christo auspicatam ac multifaria ejus bona relata, funderent sensum, allegoricum nominari voluit; eum autem, qui ex verbis eadem ratione ad futuram regni coelestis conditionem relatis prodiret, sensum anagogicum appellavit. — Atque ita quidem totus hermeneuticae sacrae ambitus certis finibus describi visus est. Sed tantum **visus est.** Quae enim primo obtuitu ex omui parte jam firma et stabilia videbantur, ea intestina labe confecta rursum difluxerunt. Cujus rei causam hanc fuisse censemus, quod triplici quidem scripturae sacrae sensu constituto, sensus tamen unice veri descriptio omissa esset. Quum enim librorum sacrorum sensus in universum non ex auctorum intentione sed ex sola verborum significatione dependere juberetur, nec litteralis, nec moralis nec spiritalis, qui dicebatur, sensus verum scriptorum sacrorum sensum satis expressit. Quod enim ad eum, quem dicebat carnalem attinet, nemo non videt, verum auctorum sensum haudquaquam eo semper contineri, propterea quod illi saepissime quod sensissent, non verbis id ipsum proprie significantibus, sed per troporum, qui dicuntur, usum ad eam rem translatis expresserint. Nec minus, credo,

---

ἐπουρανίων ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ οἱ κατὰ σάρκα Ἰουδαῖοι ἐλάτρευον καὶ τίνων μελλόντων ἀγαθῶν ὁ νόμος ἔχει σκιάν. ibid §. 13.

elucet, veram auctorum sententiam tam psychica quam spiritali expositione ferme nunquam referri, quippe quae potius lectoris contemplationes de rebus a librorum auctoribus propositis atque ipsis auctorum verbis deinde intrusas exhiberent, quam quod scriptores sacri quum verba interpreti proposita conscriberent, sensissent. Nullo igitur interpretandi genere, quod ab Origene propositum erat, verum sacrorum librorum sensum exhibente, facile factum est ut totum hoc systema hermeneuticum non nisi errore vanisque opinionibus superstructum, quantumvis externam speciem durabilem simularet, tamen intrinsecus ruinam ita minitaret, ut variis opus esset fulcris, ne plane collaberetur. Origenes enim, quamvis totius scripturae sacrae et corpus, et animam, et spiritum esse asseruerat, tamen, quum multa esse librorum sacrorum loca ipse prebe videret, quae ad litteram nullo pacto explicari possent, litteralem ejusmodi locorum sensum aperte negans, nullisque jam licentiae finibus cohibitus, eo progressus est, ut inter Veteris Testamenti historias etiam multas fabulas fictitias et inter mandata divina etiam multa, quae impleri nec possent, nec deberent, immixta esse contenderet. (de princip. l. c. §. 15.) Quod ab ipsa scriptura sacra indicatum esse censuit, ubi pro purificatione Judaeorum sex hydriae positae esse narrarentur, binos vel ternos metretas capientes, (Joh. 2, 6) quibus sub involucro designarentur scripturae sacrae, τοῖς ἐν κρύπτῳ Ἰουδαίοις purificandis destinatae, quae nunc binos metretas caperent, id est sensum duplicem, nempe psychicum et spiritalem exhiberent, nunc ternos id est triplicem sensum funderent. (ibid §. 12.) Atque ut scripturae sacrae lectores etiam magis monerentur, ne praeter id, quod primo obtuitu in oculos caderet, nihil altioris rimarentur, ea loca, Deo pro-

vidente, interposita esse Origenes docuit, quae, si ad litteram exponerentur, absurda quaedam continerent. (ibid §. 15.) Quodsi igitur scripturae verba ad litteram exposita sensum exhiberent satis probabilem, tunc litteralem illum sensum tanquam verum tenendum esse; sin minus, omisso hoc sensu carnali tanquam falso, statim ad psychicum et spiritalem progrediendum esse statuit. Quanam re autem hoc dijudicari vel possit, vel debeat, Origenes non docuit; tantum difficillimum id esse, summaque interpretis indigere attentione et diligentia monuit. (ibid. §. 20.) Hisce ita constitutis, omnia ad pristinum hermeneuticae statum reducta fuisse, quis est quin videat? Quod enim scriptores sacri in scribendo ipsi sensissent non inquirebatur; sensus verborum litteralis nullis certis finibus descriptis, nunc affirmabatur, nunc negabatur; moralis et spiritalis sensus tanquam rei caput imprimis affectabatur, tota hermeneutica sacra interpretum commentis tradendis et commendandis denuo adaptata erat. Verum ne forte nimis diminuamus Origenis merita, nihilominus scientiam ita jam labascentem non solum tenuit sed etiam exornavit praeclarum atque ejus systema longe exsuperans Origenis ingenium, quo, quum in systemate exponendo praematura mentis alacritate abreptus, vehementer erravisset, tamen, quid rectum esset, non solum divinavit, sed etiam assiduis suis studiis circa libros sacros collocatis assequi conatus est. Tantum enim abfuit, ut contemta scripturae littera, sobriam interpretandi rationem scriptis suis prorsus dimitteret ut potius sollerti opera in librorum sacrorum textu emendando et constituendo collocata et eximia eruditionis copia ad scripturae sacrae sensum grammaticum illustrandum conversa, (Euseb. H. E. 6, 16)

gravissimus interpretatione grammaticae auctor fieret. [12]) Et quum triplex esset eorum scriptorum genus, quibus libros sacros explanare Origenes aggressus est, σημειώσεις, τόμους et ὁμιλίας, illas quidem σημειώσεις sive scholia in marginibus sacrorum codicum scripta, observationes et notas maximo grammaticas et historicas continuisse constat, ad sensum grammaticum illustrandum et explicandum pertinentes, [13]) homiliis moralem, tomis denique imprimis spiritalem scripturae sacrae sensum exhibentibus. Haecce igitur fuerunt Origenis studia in libris sacris interpretandis collocata, quae paulo prolixius recensere debebamus, propterea quod hermeneuticae status, qualis temporibus Theodorum nostrum proxime antecedentibus obtinuit, ex hujus unius viri studiis ferme totus dependebat. Quum enim ingenii foecunditate, mentis acumine, eruditionis copia, interpretum illum subsequentium nemo eum aequipararet, omnes, qui in interpretandis libris sacris cum laude versari volebant, illius vestigia legerunt. Theognostum igitur (interpretis cognomine κατ' ἐξοχὴν ornatum, cf. Phot. biblioth. cod. 106.) Pierium, Dionysium Alexandrinum, Eusebium Emisenum, Eusebium Pamphili [14]), Basilium Magnum, Gregorium Nazianzenum, Theo-

---

12) cf. *Ernesti* dissertationem de Origene, interpretationis librorum sacrorum grammaticae auctore, in ejus opusculis philologicis et criticis. Lugd. Batav. ed. alt. 1776. p. 288. ss. qua quidem dissertatione Origenis de critica et hermeneutica meritis nimium tribui, non facile potest negari.

13) Ernest. ibid. p. 315.

14) cujus scripta geographica et historica (περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, παντοδαπὴ ἱστορία etc.) sobriae sacri codicis interpretationi non pauca haud dubie dederunt incrementa.

dorum Heracleotam, qui inde a medio saeculo tertio usque ad medium saeculum quartum in explicandis libris sacris inclaruerunt, ita in interpretando versatos esse novimus, ut Origenem sequentes, alius quidem alio diligentius, sensum grammaticum et historicum assidue et non sine successu explorarent, ab allegorica autem interpretandi ratione non prorsus abstinerent, sed Origenis legibus hermeneuticis inhaerentes, utrumque interpretandi genus perpetuo conjungerent. Eo minus autem ab allegoriarum studio se abdicare voluerunt quo facilius in controversiis saeculo quarto obortis omnia sua placita illius interpretationis ope scripturae sacrae auctoritate communire potuerunt, unoquoque scilicet allegaricum scripturae sensum talem constituente et enucleante, qualis systemati dogmatico a se prolato maxime patrocinari videbatur.

Diximus de ecclesia orientali. Ecclesia autem occidentalis, quemadmodum omnia sua a Graecis accepit, sic etiam in hermeneutica sacra nihil habuit, quod non ab illis originem duxerit. *Hilarium* saltem *Pictaviensem*, praeter quem ante Theodori tempora nullus est memorabilis librorum sacrorum interpres, ex Origene sua, et ad litteralem sensum et ad allegoricum pertinentia sumsisse constat, ita ut adeo fnerint, qui nihil aliud eum fecisse arguerent, quam ut Origenianos commentarios Latinos faceret. [15]) Quas autem *Tychonius* scripsit interpretandi regulas, eae nihil nisi jam ipsas singulorum dictionum in scriptura sacra saepius obviarum interpretationes continuerunt, interpretandi principium ne ex longinquo quidem spectantes, [16]) ad spiritalem autem Origenis sen-

15) vid. Ernest. l. c. p. 318.
16) quod jam ex harum regularum titulis intelligere

sum prorsus accommodatas. Vera igitur sunt quae apud Suidam sub voce Ὠριγένης leguntur: *καὶ ἁπλῶς πᾶσαν γραφὴν ἐκκλησιαστικὴν ὑποσημηνάμενος πλεῖστα καὶ ἀναρίθμητα καταλέλοιπεν, ὡς ἐξ ἐκείνου πάντας τοὺς μετέπειτα τῆς ἐκκλησίας διδασκάλους καὶ ἀφορμὰς εἰληφέναι, ὡς ὁ Θεολόγος φάσκει Γρηγόριος· Ὠριγένης ἡ πάντων ἡμῶν ἀκόνη,* Interpretationis igitur a tota ferme ecclesia catholica his temporibus probatae velut exemplar habemus interpretationem Origenianam, quam supra adumbravimus.

Verum inde a primis hujus hermeneuticae per Origenem commendatae temporibus etiam nonnullos adversarios passim subortos esse historia docet, qui allegoricam interpretandi rationem, interpretis arbitrio obnoxiam, impugnantes, ex altera parte errarent, quum scripturae sacrae litteram urgentes, omnia litterali sensu accipienda esse censerent. Et quum Aegyptus jam dudum patria allegoricae interpretationis sedes fuisset, atque ingeniosissimum illius defensorem, Origenem dico, recenter ex se genuisset, ibi quoque

---

potes. cf. Augustin. de doctr. chr. 3, 30. „Tychonius quidam, qui contra Donatistas invictissime scripsit, cum fuerit Donatista, et illic invenitur absurdissimi cordis, ubi eos non omni ex parte relinquere voluit, fecit librum, quem Regularum vocavit, quia in eo quasdam septem regulas exsequutus est, quibus quasi clavibus divinarum scripturarum aperirentur occulta. Qnarum primam ponit de Domino et ejus corpore, secundam de Domini corpore bipartito, tertiam de promissis et lege, quartam de specie et genere, quintam de temporibus, sextam de recapitulatione, septimum de diabolo et ejus corpore.“ Quaenam his regulis Tychonius indicaverit, Augustinus capitibus sequentibus prolixius exponit, Tychonium, nimis quidem mite, perstringens.

que primum ejus oppugnatorem exortum esse reperimus, Nepotem episcopum, [17]) qui libro a se conscripto sub titulo: ἔλεγχος ἀλληγοριστῶν, istam allegorizandi licentiam refraenaret, et cujus asseclae, illo defuncto, in provincia Arsenoitica tam frequentes essent, ut Dionysius, Alexandriae tunc temporis episcopus, homines illos sibi adeundos, vanasque, quas illi per humile suum interpretandi genus conceperant opiniones, coercendas esse judicaret. [18]) Omnia enim, quae de futuro Christi regno in libris sacris, imprimis in Apocalypsi tradita legerant, proprio sensu suscipientes, falsas humilesque de hoc regno per mille annos duraturo notiones sibi informaverant. Et quum in Novi Testamenti libris interpretandis tali modo versarentur, quid vero similius, quam etiam Vetus Testamentum, idque multo magis, eadem ratione ab ipsis tractatum fuisse? Et quamvis a Dionysio praesente illi Nepotis sectatores ita instituti esse tradantur, ut ab erroribus suis libenter se abdicarent, tamen hanc litteralem interpretandi rationem, Theologorum Alexandrinorum mori e contrario oppositam, in aliis Aegypti regionibus semper a multis servatam fuisse, tum per se verosimile est, tum ex certaminibus ineunte saeculo quinto inter Monachos Aegyptiacos exortis [19]) facile conjicitur.

17) Quamnam episcopatus sedem tenuerit, non traditur. Quum vero in provincia Arsenoitica plurimos ejus asseclas fuisse Dionysius Alexandrinus memoret (ap. Euseb. H. E. 7, 24) Arsinoes etiam episcopum eum fuisse, probabile est.

18) Euseb. H. E. l. c. Ceterum Origenes tunc temporis adhuc quidem vixisse, verum ab urbe Alexandria jam abfuisse videtur. cf. Walchii Historie der Ketzereien. Tom. 7. p. 399.

19) Narrantur ea a Sozomeno H. E. 8. 12 s. Socrat.

Illis enim temporibus acerrime adeoque violentissime disceptatum esse constat, num Deus corpore ceu humano, oculis, naribus, auribus praedito uteretur, eorumque, qui blasphemas has ineptias affirmantes, iis Veteris Testamenti locis niterentur, quibus per metaphoram ejusmodi aliquid Deo attributum erat, tantam fuisse multitudinem, ut Theophilus, Alexandriae episcopus, qui anthropomorphitarum errores litteris suis paschalibus castigaverat, illorum furori concedere, et, ut monachorum amicitiam, ad exsequenda sua consilia ipsi desideratam, sibi contraheret, eandem dementiam simulare cogeretur. Quod mirum videri nequit, quum adeo Epiphanius, episcopus Salaminius, homo quidem omnino pusilli ingenii, istis anthropomorphitarum erroribus ex animo favisse videatur. [20]) Hanc igitur scripturae exponendae rationem sequentes Theophilus una cum Epiphanio deinde in synodo Cyprensi Origenis libros damnaverunt (Socrat. H. E. 6, 10.) unde non prorsus insuetam hermeneuticam illam, litterae inhaerentem, fuisse colligimus. Atque non solum in Aegypto eam viguisse, sed multo latius divulgatam fuisse, Audianorum per Syriam, Mesopotamiam, Arabiam saeculo quarto dispersorum historia luculenter nos edocet. Epiphanio enim Salaminio et Theodoreto Cyrensi testibus, [21]) Audius quidam, homo Syrus, sincerae pietatis ceterum studiosissimus, circa Concilii Niceni tempora

---

H. E. 6, 7 ss. cf. Walchii Vollst. Hist. der Ketzereien. T. 7. p. 503 — 596.

20) Haecce enim habet Socrates in H. E. 6, 10. ἐμέμφετο γὰρ Ἐπιφανίῳ Θεόφιλος, ὡς μικρὰ φρονοῦντι περὶ Θεοῦ, ὅτι ἀνθρωπόμορφον αὐτὸν εἶναι ἐνόμιζεν.

21) Epiphan. haeres. 70. Theodoret. H. E. 4, 10 et Fabul. haeretic. 4, 10.

easdem, quas serioribus temporibus Anthropomorphitae isti Aegyptiaci, vanas fovit et divulgavit de Dei corpore opiniones, Deum scilicet, ad cujus similitudinem homines factos esse, Moses tradat, et cujus aures, nares, manus, subsellia saepius in libris Veteris Testamenti memorentur, quem denique Abrahamo, Jesajae, aliisque prophetis apparuisse apertis verbis scriptura doceat, Deum igitur manifesto corpore ad instar humani instructum esse. Quonam autem modo vir ille, Epiphanio teste alioquin orthodoxus (etsi propter nimium pietatis asceticae studium deinde schismaticus) ad humile illud interpretandi genus delatus fuerit, et an aliqua Audianorum cum monachis Aegyptiacis, seriori tempore idem profitentibus interpretandi genus, conjunctio obtinuerit, Veteres non tradunt. [22]) Verum sufficiunt vestigia a nobis indigitata, quibus per illud allegoriarum studium ab Origene commendatum et ab omnibus fere ecclesîae patribus eum subsequentibus susceptum id factum esse intelligatur, ut inde a primis hujus periodi temporibus etiam adversarii illius hermeneuticae exorirentur, qui effrenatam allegorizandi licentiam impugnantes, in errorem illi contrarie oppositum incidebant, sensumque litteralem ubicunque firmiter tenendum esse affirmabant. Horum autem virorum quamquam initio levia tantum deprehendantur vestigia, circa Theodori tempora jam frequentem fuisse numerum et vidimus et conjecimus. Utriusque autem interpretum partis ac totius hujus periodi hoc proprium fuisse intelligimus, quod, quum prima, quam

---

22) Augustinus quidem (de haeres. 30) Audianos et Anthropomorphitas Aegyptiacos ecclesiae communionem servasse tradit, verum nullis prolatis testimoniis certis.

descripsimus periodus omnibus omnino hermeneutices principiis careret, eorumque vice analogia fidei uteretur, nunc certae quidem librorum sacrorum interpretandorum leges scriberentur, verum ita, ut interpretes hoc esse munus suum, ut solummodo quid ipsi auctores in scribendo sensissent accurate explorarent, et tanquam veritatem divinam proponerent, obliviscentes, plerumque verba sibi proposita per se spectata inquirere vellent, sobriaque interpretandi ratione relicta, sua placita libris divinis intruderent.

Quae quum ita essent, sobriae hujus interpretandi rationis, qua nil, nisi id ipsum, quod librorum sacrorum auctores scribendo exprimere voluissent, investigatur, piae autem lectorum contemplationes de vero hoc librorum sensu quamquam vehementer commendantur et incitantur, tamen ab ipso auctorum sensu diligenter distinguuntur, vindices acerrimi exorti sunt *Diodorus Tarsensis* et *Theodorus Mopsuestenus*, hic quidem illius discipulus, vir tam pietate quam ingenio et doctrina ita excellens, ut cum Origene et Augustino solus toti praefulgeat antiquitati. Ab urbe Antiochia autem utrumque oriundum esse constat, ubi saeculo tertio scholam quandam theologicam effloruisse novimus, quae, quemadmodum theologi Alexandrini philosophia imprimis et contemplatione excellebant, sic ipsa eruditione historica, critica, grammatica insignis et esset et per Theodorum nostrum deinde etiam magis fieret. Ita jam Serapionem episcopum saeculi tertii initio inquirendis pseudepigraphis sacris incubuisse (Eus. H. E. 6, 12), Malchionem presbyterum medio hoc saeculo (Eus. H, E. 9, 29) et Dorotheum et ipsum presbyterum extremo hoc saeculo (Eus. H. E. 7, 32) magna litterarum Graecanicarum, ac posteriorem adeo Hebraicarum scientia insignem fuisse, Lucianum pres-

byterum criticae sacrae, imprimis Veteris Testamenti omnem suam operam dedisse (cf. Hug. Einleitung in d. N. T. ed. 2. Tom. 1. p. 183 ss. De Wette Einl. in d. A. T. ed. 2. p. 86. Bertholdt Einleit. T. I. p. 323.), Veteres tradunt. Etiam Eusebium, eruditum illum Emisae in Syria episcopum, gravem interpretationis historicae et grammaticae tutorem circa medium saeculum quartum per aliquod tempus, donec Magiae et Sabellianismi suspectus abire cogeretur, Antiochiae versatum esse, Socrates tradit. H. E. 2, 9. Hos autem omnes laudibus per totam ecclesiam sparsis superavit Diodorus *ὁ πάνυ* (Theodoret. H. E. 5, 40.), qui una cum Carterio asceteriis in Antiochiae suburbio sitis, [23]) dum Theodorus eorum erat sodalis, praeerat. Hunc autem solius interpretationis grammaticae studiosum fuisse, tum Veteres tradunt, [24]) tum commentariorum ab ipso conscrip-

---

23) Monasteria illa sive ἀσκητήρια, quo vocabulo a Sozomeno et Socrate designantur, non quidem in urbe sita fuisse, tum ex aliis locis, tum ex his verbis Sozomeni, qui de Theodoro illa per aliquod tempus deserente, ita dicit: εἰς τὴν πόλιν ἐπανῆλθεν (H. E. 8, 2.) perspicuum est. Verum quum idem ille Sozomenus ea τῇδε h. e. in Antiochia sita fuisse tradat atque Diodorum, eorum praefectum, etiam Antiochenae ecclesiae orthodoxae presbyterum fuisse constet, gregis sui saluti summopere intentum (cf. Theodoret. H. E. 4, 25.) asceteria non procul ab urbe, sed potius in suburbio, unde Diodorus facile potuit in urbem descendere, sita fuisse videntur. Ceterum de illorum asceteriorum ratione et institutione vide Neandri Chrysost. T. 1. p. 80 ss.

24) Socrat. H. E. 6, 3. Διόδωρος δὲ, ὕστερον ἐπίσκοπος Ταρσοῦ γενόμενος, πολλὰ βίβλια συνέγραψε, ψιλῷ τῷ γράμματι τῶν θείων προσέχων γραφῶν, τὰς θεωρίας (i. e. allegoricas interpretationes) αὐτῶν ἐκτρεπόμενος. cf. Sozom. 8, 2. Διόδωρον — ὃν ἐπυθόμην ἰδίων συγγραμ-

torum fragmenta in catenis Patrum testantur. Attamen non solum nos, qui perpauca tantum ejus fragmenta, eaque ne satis quidem authentica, adhuc teneamus, Diodori hermeneuticam parum duntaxat cognitam habemus, sed etiam inter antiquos vel adversarios vel fautores, scripta ejus non tantam assequuta esse videntur celebritatem, quantam Theodori discipuli ejus, qui a Theodoreto (H. E. 5, 40) totius ecclesiae magister praedicatur, et qui totam Diodori de rebus exegeticis et dogmaticis sentiendi et exponendi rationem ita imbibit, ut, quae ille ingeniose excogitata inceperat, hic subtiliter ratiocinando absolveret. Hujus autem viri, ab adversariis saevissime impugnati, [25]) ab admiratoribus omnibus laudibus cumulati, [26]) qui Libanii sophistae tunc

---

μάτων πολλὰς καταλιπεῖν βίβλους, περὶ δὲ τὸ ῥητὸν τῶν ἱερῶν λόγων τὰς ἐξηγήσεις ποιήσασθαι, τὰς θεωρίας ἀποφεύγοντα.

25) velut a Mario Mercatore, Cyrillo Alexandrino, Hesychio Hierosolymitano, Leontio Byzantino, Johanne Philopono, qui scriptis suis eum lacerare studuerunt, ne totam Monophysitarum catervam memorem.

26) Cf. Theodoret. H. E. 5, 40. Ibae Edess. ep. ad Marim Pers. ap. Facund. Herm. lib. 6. cap. 3. Johann. Antioch. ep. ad Proclum Constantinop. ibid. lib. 2. p. 326. ss. et ad Theodos. imperat. ibid. Domnus Antiochen. ap. Facuud. l. c. lib. 8. p. 475. Quanto autem studio Nestoriani in Syria et Armenia degentes Theodori (ab ipsis interpretis, ܡܦܫܩܢܐ, cognomine *κατ' ἐξοχὴν* ornati) libros in linguam Syriacam et Armenicam translatos (cf. Leont. Byzant. advers. Eutychianos et Nestorianos lib. 3. in Galland. biblioth. pat. T. XII. p. 687. et Liberati Breviar. causae Nestor. et Eutych. cap. 10) prosequuti sint, vid. apud Assem. bibioth.

temporis Antiochiae dialecticam, rhetoricam et grammaticam profitentis schola diligenter frequentata, eruditione et ingenio insignis, Diodoro et Carterio magistris scripturas sacras interpretari didicit, hujus, inquam, viri [27]) multa adhuc tenemus scriptorum fragmenta, quibus hermeneutica ejus studia satis dilucide cognosci possunt. Ea igitur nunc protinus recenseamus.

---

oriental. Tom. III. Vol. 1. p. 30. Unde factum puto, ut multos aliorum libros, multasque suas doctrinas et fabulas etiam ineptissimas, Theodori auctoritate ornare et communire Nestoriani illi consueverint, cujus rei exempla vid. in Assem. bibl. oriental. T. I. 60. T. III. Vol. 1. p. 323. 563. all.

27) Historia ejus prolixior alii loco reservanda est. Sed vide, quae Theodoretus H. E. 5, 40. Socrates H. E. 6, 3. Sozomenus H. E. 8, 2. de eo tradiderunt.

Caput secundum.

De libris, quibus Theodorus meliorem interpretandi rationem commendaverit.

Omnium quidem librorum a Theodoro compositorum, quorum permagnus haud dubie fuit numerus, [28]) nullum nisi commentarium in duodecim prophetas, et ipsum nondum integrum in publicum editum, ad nostram memoriam delatum esse [29]) et inter omnes

28) Catalogos horum librorum dederunt: Ebedjesu Bar Bricha, eruditus ille Armeniae metropolita († 1318) in catalogo suo librorum ecclesiasticorum (ap. Assem. bibl. orient. Tom. III. vol. 1. p. 30 — 35), Du Pin in bibliotheque des auteurs ecclesiastiques Tom III. p. 91, J. A. Fabricius in bibliotheca graeca Vol. 9. p. 158. ss. Verum horum catalogorum nullus omnes omnino complectitur libros, longe tamen plurimos catalogus ab Ebedjesu exaratus, episcopo Nestorianorum, qui Theodori libros plurimifacientes religiose etiam servarunt. Omnia quidem Theodori opera nuperrime recensuit Angelus Majus (scriptorum veterum nova collectio e vaticanis codicibus. Rom. 1825. praef. p. XX.) sed ita, ut longe plurimorum titulos tantum ex Ebedjesu repeteret, libros autem, ubi singulorum illorum operum fragmenta reperirentur, non indicaret.

29) „Amissorum Theodori librorum causam fortasse praecipuam repetere licet a Theodosii Valentinianique legibus, quibus ea (?) proscripta, ignique addicta fuerunt, teste Pelagio Papa in sua ad Eliam Schismaticum Aquilejensem postrema epistola.“ Haecce quidem Angelus Majus l. c. p. XXII. At vero Theodori libros ab imperatoribus illis proscrip-

constat, et a viris sanioris interpretationis amantibus saepissime jam et acerbissime deploratum est. Sed quum fragmenta saltem satis multa ejus ex libris excerpta adversariorum potissimum, hisce fragmentis viri illius haeresin debellantium, studio nobis servata sint, et integrum illum commentarium in duodecim prophetas perscriptum tum mihimetipsi licuerit inspicere, tum Angelus Majus in publicum edere jam coeperit, haecce ad studia Nostri vel dogmatica vel exegetica cognoscenda sufficere videntur. Et quum Theodorus

---

tos esse testans, vel fallitur vel etiam fallit sanctissimus Papa. Ac Pelagius quidem in epistola illa ab Angelo Majo memorata (quam vide in Harduin. Act. Concil. T. III. p. 430) tria profert loca ex imperatorum illorum lege quadam desumta, quibus Nestorius una cum Theodoro, omnesque eorum libri damnantur. At vero satis constat (cf. Münscheri Dogmengeschichte Tom. 4. p. 83), Cyrillum quidem Alexandrinum omnibus viribus id egisse, ut Diodori Tarsensis et Theodori Mopsuesteni tanquam Nestorii magistrorum libri damnarentur, constanter autem repressum esse ab his ipsis imperatoribus Theodosio et Valentiniano, qui virorum in ecclesiae pace defunctorum memoriam inquinari vetarent, (de qua re vide horum imperatorum epistolam ad Johannem Antiochenum ap. Facund. Hermian. lib. 8. p. 466. 467 ed. Sirmond.) atque Justinianum demum, ut Monophysitarum furori ex aliqua parte indulgeret, post ingentes rixas, violentia magis quam persuasione id effecisse, ut synodus quinta Theodorum damnaret, ejusque libros legi vetaret. Utrum vero Pelagii papae errori, quo Theodosii et Valentiniani litteris ita adulteratis usus sit, ut Nestorii nomini etiam Theodorus additus esset, an fraudi, quo ipse litteras illas hoc modo adulteraverit, falsum illud testimonium tribuendum sit, nos quidem dubitamus, quoniam episcopos Romanos medii aevi in utraque re egregie versatos esse novimus.

omnibus suis libris ferme nihil proferre soleret, quod non divinarum scripturarum auctoritate illico communiret, ita ut expedito hoc codicis sacri usu jam antiquitatis admirationem excitaret, omnes quoque ejus libri, ei quo ipse utebatur interpretationis generi commendando et divulgando potuerunt inservire. Nos autem, omissis reliquis omnibus, quos deinceps enumerare et prolixius describere longius foret, quam quod hujus dissertationis brevitati conveniret, eos tantum, quibus in explorandis Theodori placitis deinde imprimis utemur, nempe qui e genere hermeneutico sunt, in specie autem Veteris Testamenti interpretationem spectant, nunc enumeremus.

Et quum eorum librorum duplex sit genus, alterum, quo de sobria librorum sacrorum interpretatione velut ex professo disseritur, alterum, quo ipsi libri sacri exponuntur, e priori illo genere duo tantum aut tria Theodori scripta novimus, sed et ea ferme tantum ex titulo. Huc enim haud dubie pertinent libri de obscura dictione (ܕܡܣܟܠܐ ܐܘܟܡܐ) et adversus Allegoricos inscripti, qui ab Ebedjesu quidem in catalogo suo librorum a Theodoro compositorum memorantur, ab antiquis autem scriptoribus qui librorum Theodori mentionem faciunt, prorsus praetereuntur. De priori saltem nihil omnino certioris constat; posteriorem autem, Ebedjesu teste, quinque tomis absolutum, eundem esse ego quidem crediderim cum libro quodam, cujus Facundus Hermianensis in defensione sua trium capitulorum lib. 3. cap. 5. (Sirmondi Opp. Venet. 1728. Tom. 2. p. 362.) ita mentionem facit: „Idem Theodorus in libro de allegoria et historia, quem contra Origenem scripsit, unde et odium Origenianorum incurrit, dicit ad Cer-

donem" etc. Quo quidem sub titulo quum Ebedjesu nullum Theodori librum referat, idem scriptum diversis sub titulis, eandem tamen rem indicantibus, recitatum esse facile conjicitur, quum in universum ejusmodi inscriptionibus recte describendis non magnam curam impensam esse videamus. [30]) Ceterum ex hoc libro ad Cerdonem perscripto nihil, nisi paucissima verba, a Facundo l. c. exhibita, et mox infra cum lectoribus communicanda memoriae nostrae tradita sunt.

---

30) Eodem modo Theodori libros adversus Apollinarem quatuor a Leontio Byzantino, Facundo Hermianensi et in Actis Concilii quinti saepissime citatos, ab Ebedjesu sub titulo: De assumente et assumto indicari jam Assemanus (bibl. orient. Tom. 3. Vol. 1. p. 33.) recte statuit, quum celeberrimos illos libros adversus Apollinarem conscriptos ab Ebedjesu prorsus omissos esse haud quaquam probabile sit, titulus autem ille de assumente et assumto rem libris illis tractatam, nempe humanam naturam a Filio Dei aeterno assumtam, optime indicet. Quanta autem cum negligentia librorum inscriptiones saepe relatae sint, vides ex Actis Concil. quint. collat. quart. ubi quinquagesimum sextum Theodori fragmentum ita inscriptum est: „Ex libro, quod Deus peccatum docuit et mortem introduxit," (Mansi Tom. 9. p. 221.) quibus quidem verbis genuinum libri illius titulum contineri nemo, nisi quis forte Theodorum pro homine vesano habeat, sibi poterit persuadere. Sed boni illi viri, qui ejusmodi fragmenta e Theodori libris descripserunt, a rebus, quae iis contineri videbantur, ipsos libros denominaverunt. Quinam autem liber illo loco, nunc citato, indicatus sit, e fragmento subinde sequenti perspici potest, quod in Actis illis inscribitur: Ex libro quinto commenti de creatura (ἑρμηνεία τῆς κτίσεως Phot. bibl. cod. 38.) in quibus et bona et mala omnia a Deo originem ducere dicit.

Plura autem eorum, qui altero genere continentur, librorum fragmenta nobis relicta sunt, eorum nempe, quibus scriptura sacra, imprimis Veteris Testamenti explicatur. Quorum quidem omnium primos Theodorus adhuc adolescentulus octodecim annos natus, Commentarios suos in Psalmos conscripsit. Leontius certe Byzantinus, in Theodorum nostrum invehens: „Hunc, inquit, ajunt non amplius quam decem et octo annos natum in scripturas debacchatum esse; non enim nisi debacchationes scripturarum interpretationes, quas in eas composuit, appellare possum.“ [31]) Initium autem scripturae interpretandae a psalmorum expositione se fecisse testatur Theodorus ipse in libro supra memorato de allegoria et historia, ad Cerdonem scribens: „Ego quidem quod nostra sic laudes, non alii cuipiam imputo, quam amicitiae, quam circa nos habes, quam etiam in multis et magnis rebus semper ostendisti, et maxime quoniam ea, quae scripta sunt in psalmos, miraris, quae etiam prima ceterorum omnium scripsimus.“ Continuo autem addit: „Non autem, quantam oportuerat habuimus circa istam rem diligentiam. Passi enim sumus, quaecunque incipientes, ut evenit, in imperitia scribendi constituti. Si quidem et multas immutationes illo tempore, quae nostra sunt, susceperunt, quas non est praesentis temporis enarrare; ex qua causa magis negligenter a nobis composita sunt plurima et maxime illa, quae prima sunt.“ Ex quibus verbis etiam, quam libere Theodorus de horum

31) Leont. Byzant. adv. Eutych. et Nestor. lib. 3. p. 685.

commentariorum immaturorum indole judicaverit, satis cognoscimus. Quemadmodum enim fieri solet, si quis in nova quadam re eaque satis lubrica tractanda versatur, praeterea etiam nativa quadam ingenii alacritate incitatus, ut vis illa noviter ebulliens in extrema quaeque rapiatur, sic etiam Theodorus, cui praeposteras omnes psalmorum explicationes allegoricas et typicas resecare propositum erat, nimis audacter ac minori quam par erat, diligentia hac in re versatus est, ita ut potius adolescentuli studium scripturae sacrae recte interpretandae laudabile, quam successus probabilis esset. Unde factum, ut etiam seriores Theodori adversarii, cujusvis eum impietatis accusantes, hasce psalmorum interpretationes criminationum suarum ansam haberent. Cf. Leont Byz. l. c. p. 687. „Omnes Psalmos judaice ad Zorobabelem et Ezechiam retulit, tribus tantum ad Dominum rejectis." et Facund. Herm. l. c. p. 362.: „Impugnatores sanctae synodi [32]) ob hoc de illo ista jactare dicit, quod in interpretatione psalmorum quaedam moraliter exposuisse dicatur, quae in Christum magis dicta debent intelligi." Ceterum perpauca hujus commentarii fragmenta nobis conservata sunt, quae invenimus apud Facun. Herm. defens. tr. capit. lib. 9. c. 1. p. 486. 488. et in Actis Synodi quintae coll. 4. cap. 19. 23. 24. (Mansi Tom, 9. p. 211. 212. 213.) Denique Catenae Patrum Graecorum

---

32) scilicet Synodi Calchedonensis, quae Theodoreti Cyrensis et Ibae Edesseni, acerrimorum Theodori Mopsuesteni defensorum et admiratorum orthodoxia vindicata, etiam Theodori orthodoxiam eo ipso probaverat. Cf. Münscheri Dogmengeschichte Vol. IV. p. 112. Fuchs Bibliothek der Kirchenversammlungen. Vol. IV. p. 464. ss.

in Psalmos a Balthas. Corderio Antwerp. 1677. editae Tomus primus nonnulla passim exhibet ex illo Commentario fragmenta (p. 272. 276. 296. 328. 574. 575.) sed et haec perquam exigua et ad illustrandam Theodori doctrinam non multum valentia. Reperiuntur quidem etiam plura et longiora ibi fragmenta, solo Theodori nomine designata; sed quum tam ex Theodori Heracleotae quam ex Theodori Mopsuesteni libris, (atque ex illis quidem longe plura), in ista Catena legantur excerpta, de iis, quae solum Theodori nomen in fronte gerunt, eo minus certi aliquid constitui potest, quo graviorem interpretationis grammaticae auctorem etiam Heracleotam fuisse constat. [33]) Ejusdem autem Catenae Tomum secundum et tertium diligentissime perlustrans, prorsus nulla inveni Theodori nostri fragmenta. Denique dignum est, quod observetur, nos, quum Leontius Byzantinus l. c. p. 687 tres tantum psalmos a Theodoro ad Christum relatos esse referat, duos ejusmodi psalmos in fragmentis illis expositos videre, nempe Ps. 8 et 45. [34]) Commentarii in octavum fragmenta legis apud Leont. Byzant. l. c. p. 696. in Act. Synod. quint. coll. quart. cap. 19. (Mansi Tom. 9. p. 211.), in libro primo Cyrilli contra Theodorum conscripto, (in iisdem Actis, Mansi Tom. 9. p. 234.)

---

33) Ceteroquin criticum non solum horum fragmentorum sed etiam reliquorum librorum, a nobis descriptorum examen, quod nunc longius a re proposita nos abduceret, alii loco reservamus.

34) In textu hebraico 44. *Verum lectores bene animadvertant velim, omnia Veteris Testamenti loca, hac dissertatione citata, e more Theodori nostri, sola versione Alexandrina utentis, secundum hancce versionem citari et numerari.*

Commentarii autem in psalm. 45. fragmenta reperiuntur apud Facund. Hermian. def. tr. capit. lib. 9. p. 486; quorum quidem fragmentorum infra cum lectoribus nonnulla communicabimus.

Positis igitur psalmorum expositione tirociniis, etiam reliquorum Veteris Testamenti librorum nonnullos commentariis suis illustrare Theodorus aggressus est; quonam autem ordine, non constat.

Commentarium in librum Geneseos tribus tomis distinctum et ad magnum quendam Alphaeum perscriptum a Theodoro editum esse, Ebedjesu refert, qui methodo et speculatione illud opus insigne fuisse (ܦܠܚܢܝܬ ܟܕܢܐ ܘܬܐܘܪܝܐ) testatur. Quem quidem commentarium cum libro quodam a Photio sub titulo *ἑρμηνεία τῆς κτίσεως* prolato et in Actis Synodi quintae de creatura inscripto unum eundemque esse crediderim. Audiamus Photium, opus illud ita describentem. *Ἀνεγνώσθη Θεοδώρου Ἀντιοχέως, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ ἑρμηνεία τῆς κτίσεως· ἐν τόμοις ἑπτὰ ἡ πρώτη βίβλος ἐπεραίνετο. Τὴν δὲ φράσιν οὔτε λαμπρὸς οὔτε λίαν σαφὴς, φεύγων δὲ τὸν δυνατὸν αὐτῷ τρόπον τὰς ἀλληγορίας, καὶ κατὰ τὴν ἱςορίαν τὴν ἑρμηνείαν ποιούμενος. Ταυτολογεῖ δὲ τὰ πλεῖςα καὶ ἄχαρίς πως καὶ ἀηδὴς εἶναι δοκεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸ Νεςορίου δόγμα, εἰ καὶ πρὸ Νεςορίου ὑπῆρχεν, ὑπερευγόμενος. Οὗτος δέ ἐςιν ὁ Μοψουεςίας, ὃν καὶ πλείςας εὐθύνας Ἰωάννης ὁ Φιλόπονος, ὡς αὐτός φησι, τῆς τοιαύτης ἑρμηνείας ἐν οἰκείῳ τῷ εἰς τὴν κτίσιν ποιήματι ἐδείχθη σπουδαίως εἰςπραττόμενος.* (Phot. biblioth. cod. 38.) E Photii igitur sententia Johannes Philoponus hanc Theodori *ἑρμηνείαν τῆς κτίσεως* spectavisse videtur, quum praeposteras illius opiniones suo opere de creatione mundi conscripto castigaret. Jam vero Philoponus

in hac commentatione [35]) non nisi in Theodori commentarium in librum Geneseos invehitur, e. g. lib. 1. cap. 8. Ἄρχεται δὲ τῆς κατηγορίας [36]) Θεόδωρος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὴν γένεσιν ἐντεῦθεν etc. et lib. 6. cap. 9: Ὁ δὲ χρηστὸς Θεόδωρος — — ἄλλως ἐξηγεῖται τὸ κατ' εἰκόνα καὶ τὸ καθ' ὁμοίωσιν ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν εἰς τὴν γένεσιν etc. Unde hunc Theodori Commentarium in librum Geneseos ab ἑρμηνείᾳ τῆς κτίσεως non diversum esse probabile est. Neque eo facile quisquam offendatur, quod Ebedjesu tribus tomis illud opus distinctum fuisse refert, Johannes Philoponus autem e libro quarto, atque Synodus quinta adeo e libro quinto de creatura inscripto quaedam depromit. (Act. Synod. 5. coll. 4. cap. 57. 61.) Quum enim Photius primum librum septem tomis distinctum fuisse referat, de reliquis nihil ejusmodi addens, septem illi tomi libri primi cum sequentibus duobus libris, qui singulis tomis continebantur, una serie enumerati fuisse videntur, quo factum est, ut, Ebedjesu tres tantum hujus operis libros memorante, alii etiam quintum librum citare possent. Jam vero in Nicephori Catena in Octateuchum [37]) e Theodori Commentario non solum

---

35) Joh. Philoponi († post a. 610) de creatione mundi libri septem, in Galland. biblioth. patr. Tom. XII. Venet. 1778. p. 471 — 609.

36) nempe Basilii Magni, initium Geneseos ita interpretantis, ut ante τὴν ἀρχὴν a Mose dictam, vetustiorem quendam mundi statum potestatibus quibusdam spiritalibus (ὑπερκοσμίοις καὶ νοεραῖς δυνάμεσι) accommodatum, fuisse contenderet.

37) Σειρὰ ἑνὸς καὶ πεντήκοντα ὑπομνηματιστῶν εἰς τὴν ὀκτάτευχον καὶ τὰ τῶν Βασιλειῶν, ἤδη πρῶτον τύποις ἐκδοθεῖσα — ἐπιμελείᾳ Νικηφόρου Ἱερομονάχου τοῦ Θεοτόκου. Ἐν Λειψίᾳ τῆς Σαξονίας ἔτει ‚αψοβ'.

solum in Genesin sed etiam in reliquos Pentateuchi libros nonnulla depromuntur. Et quum ejusmodi commentarii ab Ebedjesu prorsus omittantur, singulare quoddam opus in Pentateuchum conscriptum illis comprehensum fuisse videtur, cujus pars prima in Genesin conscripta, nec cum ἑρμηνείᾳ τῆς κτίσεως nec cum Commentario in Genesin ab Ebedjesu memorato unus idemque liber esset. Quodsi enim Commentarius ille in Genesin, tribus tomis distinctus, cujus mentionem ab Ebedjesu factam esse vidimus, ad amplius illud opus, totum in Pentateuchum perscriptum, pertinuisset, Ebedjesu profecto non reliquis omissis tantum primam partem in Genesin conscriptam memoravisset. Duo igitur haec opera inter se diversa Theodorus noster exaravisse videtur, alterum magis e genere philosophico, (methodo et speculatione, Ebedjesu teste, insigne [38]), a Photio ἑρ-

38) Multum abest, quin Ebedjesu laudes vituperio, quo Photius hunc librum notavit, (τὴν δὲ φράσιν οὔτε λαμπρὸς etc. vid. supra.) contrariae esse videantur. Ebedjesu enim, qui Theodori opera in linguam Syriacam translata legeret, non dictionis elegantiam potuit admirari, sed ingenii acumen, tam argumentorum a Theodoro propositorum gravitate, quam methodo, in exponendis illis adhibita, conspicuum. At vero dictionis neglgentiam et obscuritatem, (qua quis, etiamsi in universum optimam rei suae tractandae methodum sequatur, et acutissimo utatur ingenio, experientia teste tamen potest laborare) Photius castigat, etiam alio loco stylum illum, quo Theodorus usus erat, non admodum limatum tam egregie describens, ut non facile verius et accuratius quidquam de hac re legi possit. Cf. biblioth. cod. 177, ubi descripto Theodori nostri libro πρὸς τοὺς λέγοντας φύσει καὶ οὐ γνώμῃ πταίειν τοὺς ἀνθρώπους, Photius addit: ἔςι μὲν οὗτος ὁ Θεόδωρος ὁ καὶ κατ᾽ Εὐνομίου ἐν κ᾽ καὶ ή λόγοις οὐκ ἀγεννῶς ἀγωνισάμε-

μηνεία τῆς κτίσεως nominatum, ab Ebedjesu et Johanne Philopono tanquam Commentarius in Genesin prolatum, et in Actis Concilii quinti De creatura inscriptum; alterum exegeticum, quo omnes Pentateuchi libri illustrabantur et cujus fragmenta in Catena Patrum, a Nicephoro edita nunc adhuc legimus. Omnia autem et prioris illius et hujus posterioris fragmenta ad cognoscendam eam, qua Theodorus in libris sacris interpretandis versabatur, ratio-

---

νος, τὴν Βασιλείου τοῦ θεσπεσίου, μᾶλλον δὲ τῆς ἀληθείας κρατύνων δόξαν· ἥ τε γὰρ λέξις καὶ τῶν λέξεων ἡ συνθήκη καὶ ὁ νοῦς τῶν δογμάτων καὶ τὸ πολύχουν τῆς ἀνατροπῆς καὶ τἄλλα κατ' οὐδὲν διαλλάσσει· ἀσαφὴς δέ ἐστι, καίτοι λέξει οὐ ξενιζούσῃ χρώμενος. ἀλλὰ τῷ σχοινοτενέσι χρῆσθαι ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον περιόδοις καὶ παρεμβολαῖς ἀλλεπαλλήλοις, δι' ὧν καὶ εἰς μήκιστον ὁ νοῦς ἀποτείνεται τῶν προκειμένων, ταῖς τε τῶν ὀνομάτων πλαγίαις καὶ ταῖς μετοχικαῖς λέξεσι πλεονάζειν, τὰ αὐτά τε πολλάκις καὶ οὐδὲ σὺν κόσμῳ ἐπανακυκλεῖν, καὶ τὰς ἐπαναλήψεις πλέον τῶν διηγήσεων (ὅπερ ἀμέθοδον παντελῶς) ταῖς περιστάσεσι μεμεστῶσθαι, καὶ τοῖς τοιούτοις οὐκ ὀλίγον ζόφον τῶν αὐτοῦ γραμμάτων κατασκεδάζει Confer etiam, quae idem Photius, apologias Basilii Magni a Theodoro nostro, Sophronio Hierosolymitano et Gregorio Nysseno exaratas contendens dicit: cod. 4. de Theodoro: *ἔστι δὲ τὴν μὲν φράσιν οὐ πάνυ λαμπρὸς, ταῖς δὲ διανοίαις καὶ τοῖς ἐπιχειρήμασι λίαν πυκνός* cod. 5 de Sophronio: *σαφέστερος μὲν Θεοδώρου καὶ πολλῷ συντομώτερος* etc. et cod. 6 de Gregorio: *διὸ καὶ συντομώτερός ἐστι Θεοδώρου, Σωφρονίου δὲ πλατύτερος· πλεονάζει γὰρ τοῖς ἐνθυμήμασι καὶ τοῖς παραδείγμασιν· ἔστι δε ἀδεκάστως εἰπεῖν, ὡς ὅσον ὑπερβάλλει κάλλει τε καὶ λαμπρότητι καὶ τῷ ἡδυτάτῳ Θεόδωρον, τοσοῦτον ἐκείνου τοῦτον τὸ πλῆθος τῶν ἐπιχειρημάτων καὶ τὸ γόνιμον εἰς τὸ προέχειν ἐκβιάζεται.* Hisce collatis, in uno eodemque Theodori libro ingenii acumen, recta rerum tractandarum methodo et subtili speculatione conspicuum laudari, invenustam autem et obscuram dicendi rationem castigari posse, satis perspicitur.

nem aptissima sunt, nec non a nobis ad eam illustrandam adhibebuntur.

Libros Josuae, Judicum et Ruth an Theodorus interpretatus sit, neque ex Veterum testimoniis neque ex Ebedjesu catalogo constat. Nicephori tantum Catena Patrum ad Octateuchum nonnulla exhibet Theodori fragmenta, sed et haec perexigua, ad Jos. 7, 4. Jud. 13, 25. 16, 17. Quae quidem loca, quum Theodori nomen et cum Theodoreto [39]) et cum Diodoro [40]) facile permutari possit, ac saepius permutatum sit, fortassis immerito ad Theodorum nostrum referuntur. Attamen Angelus Majus (collect. nov. praef. p. XXI.) in Leviticum, Numeros, Josuam, Judices, Ruth, libros quatuor Regum, ad odas biblicas, Theodorum saepius citari monet tum in aliarum bibliothecarum tum in Vaticanae codicibus. In libris autem editis nihil ejusmodi legitur.

Duos priores libros Regum a Theodoro expositos esse, uno tomo ad Marmarianum quendam conscripto, Ebedjesu testatur, unumque ejus Commentarii fragmentum legitur in Nicephori Catena ad 2 Reg. 22, 11.

Jobum duobus tomis ad Cyrillum Alexandrinum perscriptis, Ebedjesu teste, Noster illustravit. Praeter ea autem, quae in Act. Synod. quint. coll.

39) cf. Angel. Maj. l. c. praef. p. XXII.

40) Exempli gratia eorum, quae in Actis Synodi quintae a Cyrillo e Theodori libris excerpta esse dicuntur, multa a Leontio Byzantino Diodoro tribuuntur. cf. Mansi Tom. 9. p. 231 et Leont. Byz. p. 697. Ita etiam quae Marius Mercator (Opp. ed. Garner. Tom. 2. p. 263) ad Theodorum refert, ea Leontius l. c. p. 696 ad Diodorum. In Catenis autem ferme ubique vacillat nominis lectio.

quart. cap. 63 — 67. (Mansi Tom. 9. p. 223. 224.) leguntur, ubi librum Jobi ab homine pagano compositum esse Theodorus demonstrat, nihil ex hoc libro ad nostram memoriam delatum est. Neque enim in Nicetae Catena Patrum in librum Jobi, qua Polychronii, fratris Theodori fragmenta quaedam conservata sunt, ulla Theodori verba leguntur, et Angelus Majus etiam in vetustissimis Catenis in librum Jobi conscriptis et in bibliotheca Vaticana servatis e Theodoro quidquam excerptum esse negat. (l. c. praef.. p. XXII.)

Ecclesiasten deprecante Porphyrio a Theodoro illustratum esse uno tomo, Ebedjesu quidem refert, neque vero quidquam ex hoc libro nostra tempora assequutum est.

Commentarii in Canticum Canticorum, cujus nullam Ebedjesu facit mentionem, in Actis Synodi quintae coll. quart. cap. 68 — 71 (Mansi Tom. 9. p. 225. 226) nonnulla extant fragmenta, quibus allegoricam hujus carminis interpretandi rationem respuens, carmen eroticum eo exhiberi Theodorus asserit.

Jesajam, Jeremiam, Ezechielem et Danielem singulos singulis tomis, Ebedjesu teste, interpretatus est, quorum tamen nullam lineam habemus conservatam.

Denique duodecim Prophetas duobus tomis ad Mar Tyrium (ܡܪ ܛܘܪܝܣ) directis a Theodoro expositos esse et Ebedjesu narrat, et Acta Synodi quintae testantur, quum coll. quart. cap. 20 — 22 (Mansi Tom. 9 p. 211. 212) fragmenta nonnulla, quae ex hoc commentario desumta esse dicuntur, nobis exhibeant. Ad integrum autem hunc commentarium, octo codicibus manuscriptis ad nostram memoriam delatum (Aug. Maj. l. c. praef. p. XXII.

XXIII.) e duobus codicibus Vaticanis in lucem edendum nuperrime accinctus est Angelus Majus, meritissimus ille bibliothecae Vaticanae praefectus, qui primo novae collectionis suae scriptorum veterum tomo, jam tres integros commentarios, in Jonam, in Abdiam, in Nahumum, et quatuor in Amosum, in Sacharjam, in Aggaeum atque in Oseam prooemia cum lectoribus communicavit, [41]) atque ita uberrimum et limpidissimum cognoscendae exegeseos Theodorianae fontem aperuit, quo quidem nos ita utemur, ut nonnulla etiam reliquorum commentariorum, ab Angelo Majo nondum editorum loca, quae nosmetipsi e codice Vindobonensi [42]) descripsimus, in medium proferamus. Ea autem, quae supra citavimus hujus commentarii fragmenta in Actis synodi quintae obvia,

41) Scriptorum veterum nova collectio e Vaticanis codicibus edita ab Angelo Majo, bibliothecae Vaticanae praefecto, ad Leonem XII pontificem maximum. Tomus I. Romae 1825. Constat haec collectio tribus partibus, quarum secunda pag. 41 — 104 Theodori commentarii continentur.

42) Servatur in bibliotheca Caesarea Vindobonensi inter codices theologicos sub numero 55, omnesque continet Theodori commentarios integros in duodecim prophetas serie bibliis hebraicis consueta. Descripsit eum Danielis de Nessel (Catalogus sive recensus specialis omnium Codicum manuscriptorum Graecorum bibliothecae Vindobonensis. Vindob. 1690. fol. p. 135): „Quinquagesimus quintus Codex manuscriptus Theologicus Graecus est chartaceus, mediocriter antiquus, in folio, constatque foliis ducentis viginti tribus et ad Joh. Sambucum, ut ipse solita propriae manus inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo Theodori Antiocheni, Mopsuestiae in Cilicia episcopi expositio in duodecim prophetas minores, cujus titulus et principium: Θεοδώρου Ἀντιοχ. etc.

falso isto titulo venditantur. Quum enim secundum inscriptionem, quam illic in fronte gerunt, ex hujus commentarii principio deprompta sint, primus autem omnium a Theodoro Oseas [43]) illustratus sit, nullum tamen illorum fragmentorum vestigium in Commentario ad Oseam deprehenditur. Quod quidem commentariorum recenter editorum authentiam, alioquin satis firmatam (cf. Ang. Maj. l. c. praef. p. XXIII ss.) dubiam reddere non potest, imo vero quum fragmentum illa antecedens e Commentario in Psalmum octavum, fragmentum autem, ea subsequens e commentario in Psalmum vigesimum secundum, et quod deinde sequitur, e Commentario in Ps. 69. descriptum sit, ea autem scripturae sacrae loca, quae in fragmentis illis dubiae inscriptionis tractantur, non e prophetis sed et ipsa e Psalmis, nempe e Psalmo 16 et 22 petita sint, manifesto, jam Angelo Majo probe monente, elucet, illa, quae sub titulo commentarii in duodecim prophetas a Synodo quinta exhibentur fragmenta, potius e Commentario in Psalmos, ordinatim excerpto, desumta esse. Quanta autem cum negligentia fragmentorum descriptorum tituli relati sint, supra jam monuimus. Accedit, quod de iis rebus, quae fragmentis illis tractantur, non solum per totum in duodecim prophetas commentarium saepius et tanquam ex professo Theodorus agit, sed etiam in commentario ad Sacharjam utitur argumentis, ab eodem psalmo sedecimo petitis et eodem modo tractatis. Scribit enim Theodorus:

---

43) ἀρξώμεθα τῆς τῶν προφητικῶν σαφηνείας, Θεοῦ διδόντος, ἀπὸ τοῦ Ὠσηὲ τὴν ἀρχὴν ποιησάμενοι, ὃν καὶ πρῶτον εἶναι τῷ χρόνῳ συμβέβηκε τῶν λοιπῶν προφητῶν etc. Prooem. ad Oseam.

in fragmentis a Synod. quint. citatis.

Tale est, Et quod non derelicta est anima ejus in inferno, nec caro ejus vidit corruptionem. Nam propheta quidem supra modum ipsam ponit circa populum providentiam, volens dicere quoniam inextentabiles eos ab omnibus conservavit malis. Quoniam autem hoc verum, et ex ipsis rebus eventum accepit in Domino Christi, frequentissime de eo loquens beatus Petrus utitur voce, ostendens quoniam quod de populo supra modum dictum est, ex quadam ratione utente voce propheta, hoc verum eventum in ipsis rebus accepit nunc in Domino Christo.

(Mansi Act. Concil. Tom. IX. p. 212.)

in Commenrio ad Sacharj. 9, 9.

τοιοῦτόν ἐςι τὸ· οὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν, ὅπερ ὑπερβολικῶς εἰρημένον παρὰ τοῦ μακαρίου Δαυὶδ ἐπὶ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰσραηλιτῶν, ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας ὤπται γεγονὸς ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριςοῦ. Ὅθεν δὴ καὶ τῇ φωνῇ δικαίως ὁ μακάριος ἐχρήσατο Πέτρος, λέγων, ὅτι οὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδε ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. Πολλὰ τοιαῦτα εὕροι τίς ἄν, ἃ μακρὸν λέγειν ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἃ πρότερον μὲν ὑπερβολικῶς ἐλέγετο, οὐκ ἔχοντος τοῦ λεγομένου τὴν ἀλήθειαν ἀκριβῆ, εὑρίσκετο δὲ οὕτως ἔχοντα, ὥσπεροῦν εἴρηται, ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριςοῦ.

(Cod. Vindob. fol. 189.)

Haec si quis inter se contulerit (quibus similia etiam in Commentario ad Joelem (Cod. Vindob. fol. 46. leguntur), facile fieri potuisse concedet, ut quis fragmenta illa, fortassis titulo carentia deprehendens, eorumque, quae in Commentario ad Prophetas legisset, memor, illam iis praefigeret inscriptionem.

Caput tertium.

Quamnam Veteris Testamenti interpretandi rationem Theodorus ipse sequutus sit.

Jam descriptis Theodori nostri libris exegeticis, eam quam ipse interpretandi rationem sequutus sit exploraturos, non nisi e librorum sacrorum commentariis ab eo conscriptis, nos hermeneuticae Theodorianae rationes et velut principia petere posse videmus, quum eorum librorum, quibus de recta interpretandi ratione ipse praeceperit, nullae ad nostram memoriam delatae sint reliquiae. Eo autem facilius hujus hermeneutices ratio ex ipsis commentariis perspicitur, quo saepius controversiae adversus alios interpretes susceptae ac sobriae interpretationis vindiciae illis in commentariis passim reperiuntur. Et quum Theodori temporibus duplici laboravisse vitio interpretes commonstraverimus, alteris nempe allegoricum interpretandi genus profitentibus, alteris litteralem librorum sacrorum sensum ubique tenentibus, Theodorum hoc posteriori omisso, imprimis prius illud interpretum genus impugnavisse, nemini mirum esse potest. Humilem enim illam interpretandi rationem Anthropomorphitis et Audianis probatam, nec suo tempore in ecclesia catholica usitatam esse vidit, nec aliquando unquam multis acceptum fore, jure potuit censere. Altero autem vitio adhuc omnes ecclesiae doctores, adeoque eruditissimos et ingeniosissimos infectos esse intellexit. Et quum haereticis quoque debellandis maximam operam daret, ita ut *κατὰ πάσης φάλαγγος*

αἱρετικῆς ἀριστεῦσαι a Theodoreto praedicaretur, [44]) omnia autem, quibus illos petebat, tela, e scripturae sacrae penu depromeret, id quod e scriptis suis videmus, qui fieri potuit, quin sobriae interpretationis defectum acerbissime sentiens, ad ineptum illud interpretandi genus, interpretis arbitrio obnoxium omnibusque erroribus fovendis egregie accommodatum strenue impugnandum sese accingeret? Cui rei ita satisfecit, ut, quod Allegoristarum studia commendabile habuerunt, diligentem nimirum totius oeconomiae Veteris Testamenti contemplationem, ad promovendam lectorum pietatem imprimis idoneam, non solum non coerceret, sed etiam vehementer commendaret; illud autem, quo omnes fructus ex libris sacris interpretandis percipiendos penitus isti interpretes perdiderunt, nempe propriarum contemplationum tum moralium tum typologicarum cum librorum sacrorum sensu ideoque cum veritate divina commistionem probe castigaret, denique sensus librorum sacrorum sobrie explorandi exempla suis libris exhiberet. Haecce igitur Theodori nostri studia si deinceps illustraverimus, consilio nostro, quo illum tanquam sobriae interpretationis vindicem describere nobis propositum erat, satis fecisse nobis videbimur.

Quum igitur, quod diximus, tum ad totam Veteris Testamenti rationem perspiciendam, tum ad lectorum pietatem promovendam multum ac ferme plurimum e pertractandis hisce libris fructum eo redun-

---

44) Theodoret. H. E. 5, 40. cf. Ibae Edesseni epist. ad Marim Persam ap. Facund. Hermian. def. trium capit. lib. 6. cap. 3. „Theodorus, praeco veritatis et doctor ecclesiae, qui non solum in sua vita colaphizavit haereticos per veritatem suae fidei sed et post mortem spiritalia arma in libris propriis ecclesiae filiis dereliquit," etc.

dare. Allegoristae censerent, ut lectores eam, quam inter utriusque Testamenti institutionem et oeconomiam, intercederet, rationem probe perspicerent, sapientem Dei clementiam, quae omnes res gentis Judaicae ita moderata esset, ut Domini nostri Jesu Christi adventum aptissime praepararet, pie admirarentur, ac totius igitur Veteris Testamenti, quo rerum Judaicarum historia tradita, Deïque illarum moderatoris voluntas revelata esset, velut cardinem et nervum esse Salvatoris aliquando e gente Judaica exorturi spem divinitus excitatam ac suo tempore impletam, intelligerent, Theodorus noster hisce Allegoristarum studiis sponte ac libenter assentitus est, eaque scriptis suis etiam promovit, sed ita, ut ejusmodi quaestiones typologicas ad sana revocaret principia, quibus Allegoristarum studia coerceret. Haec igitur ex ejus libris nunc illustremus. Imprimis autem huic rei accommodatum est prooemium commentarii in Jonam prophetam conscripti, quo ejus historiam typologice pertractaturus, Theodorus primum typologicae principia adumbrat, deinde exempla propositurus, nonnulla gentis Judaicae fata illa ratione pertractat, unde tandem ad Jonae ipsius historiam defertur, qua Jesu Christi historiam praefigurari judicat. Legitur hoc prooemium ap. Ang. Maj. l. c. p. 89. ss.: „*Εἷς καὶ ὁ αὐτὸς τῆς παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης ὑπάρχων Θεὸς, ὁ δεσπότης καὶ ποιητὴς τῶν ἁπάντων, πρὸς ἕνα σπόπον ὁρῶν, τάτε κατ᾽ ἐκείνην ᾠκονόμησε καὶ τὰ κατ᾽ αὐτὴν, πάλαι μὲν ἔχων βεβουλευμένον παρ᾽ ἑαυτῷ τὸ τὴν μέλλουσαν ἐκφῆναι κατάστασιν, ἥσπερ τὴν ἀρχὴν ἐν τῇ κατὰ τὸν δεσπότην χριστὸν ἀνέδειξεν οἰκονομίᾳ, ἀναγκαῖον δὲ νομίσας ἐν ταύτῃ δὴ, τῇ παρούσῃ λέγω, πρότερον ἡμᾶς γενέσθαι, εἶθ᾽ ὕστερον εἰς ἐκείνην μεταστῆναι διὰ τῆς ἐκ νέκρων ἀναστάσεως, ὡς ἂν ἐκ παραθέσεως μᾶλλον γνοίημεν τῶν τε δειχ-*

θησομένων τὸ μέγεθος ἀγαθῶν. εἶθ', ὡς ἂν τοῦτο γένηται δῆλον καὶ μὴ καινόν τι νομίζοιτο ὕϛερον βεβουλεῦσθαι τε καὶ δεδοκιμακέναι περὶ ἡμῶν, διὰ πολλῶν μὲν ἤδη καὶ ἑτέρων ἐνεπέθετο τοῖς ἀνθρώποις τοῦ δεσπότου χριϛοῦ τὴν παρουσίαν, ὥϛε πάντας Ἰουδαίους πόῤῥωθεν ἀπεκδέχεσθαι ταύτην. Οὐδενὸς δε ἧττον ἔκ τε τῶν κατὰ τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Δαυὶδ εἰργάϛαι τοῦτο, πρὸς οὓς ἐπαγγελίας ἐποιήσατο, τὸν μὲν, ὅτι ἐνευλογηθήσεται ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη, τὸν δε, ὅτι διηνεκῆ παρέξει τοῖς ἐξ αὐτοῦ τὴν βασιλείαν, ὁπεροῦν τῷ μὲν δοκεῖν τὸν λαὸν ἐμήνυε τὸν ἐφ' οὗπερ ταῦτα πληροῦσθαι ἤμελλεν, ἡ δὲ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια ἐπὶ τῶν κατὰ τὸν δεσπότην χριϛὸν οἰκονομηθέντων ἐδείκνυτο λαβοῦσα τό πέρας, ἐφ' οὗπερ καὶ ἐνευλογηθῆναι τὰ ἔθνη γέγονεν ἀληθῶς καὶ διηνεκῆ δὲ καὶ ἀσάλευτον εἶναι τῷ σπέρματι τὴν βασιλείαν. Διὰ δὲ τοῦτο καὶ ἡ περὶ τὸν λαὸν ἐπιμέλεια τοῦ θεοῦ πολλή τις γέγονεν, ἐπειδὴ πάντες ἐπὶ ταῖς ἐπαγγελίαις φυλαττόμενοι εἰρημέναις, τὴν προσδοκωμένην παρουσίαν παρέμενον τοῦ δεσπότου χριϛοῦ. Ἀλλὰ γὰρ ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας πλεῖϛα ὅσα ἐπὶ τῆς παλαιᾶς διαθήκης κατὰ τοῦτον ᾠκονόμησε τρόπον, ὡς ἂν καὶ τοῖς τότε μεγίϛην τὰ γινόμενα παρέχοιτο τὴν ὠφέλειαν καὶ μήνυσίν τινα τῶν πραγμάτων ἔχῃ τῶν ὕϛερον δειχθησομένων μετὰ τοῦ καὶ τὴν ὑπεροχὴν τῶν δευτέρων πρὸς τὰ πρότερα πλείϛην τινὰ φανήσεσθαι οὖσαν, εὑρίσκετό τε κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τύπος τις τὰ παλαιὰ τῶν ὕϛερον, ἔχοντα μέν τινα μίμησιν πρὸς ταῦτα μετὰ τοῦ καὶ χρεῖαν ἐν τοῖς οἰκείοις παρέχεσθαι καιροῖς, δηλούμενα δὲ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὁπόσον ἐλάττωνται αὐτά.

Jam hic paulisper subsistamus, eaque, quae hucusque Theodorus exposuit, accuratius inspiciamus. Totius nempe typologiae sacrae principia e nativa

ἐκ τῆς τοῦ Δαυὶδ διαδοχῆς τὴν ἀρχὴν αὐτῶν τότε πεπιστευμένου, ὡς ἂν δείξειεν καὶ τὰ διὰ τούτου περὶ τὸ ἔθνος κατορθωθέντα διὰ τὴν ἤδη γεγενημένην πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπαγγελίαν τοῦ θεοῦ τὴν ἰσχὺν εἰληφέναι, ὅθεν καὶ εἶπε τό· αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος, ἵνα εἴπῃ ὅτι τὰ ἄνωθεν εἰρημμένα τε καὶ ἐπηγγελμένα παρὰ τοῦ θεοῦ προεβάλετο τοῦτον εἰς τὴν ἀρχὴν δυνηθῆναι ὃς πεποίηκε τοιαῦτα. — Haec si quis perlegerit, fortassis mirabitur, qui fieri potuerit, ut Theodorus tam graviter alias Allegoristas objurgaret, quum his locis modo propositis eandem ac illi rationem sequi videatur, *τὴν πρόχειρον ἔννοιαν* scilicet a rerum veritate distinguens, atque hanc posteriorem non secus, ut videtur, ac Allegoristae explicans. Sed quamquam res ita se habere videatur, tamen aliam esse Theodori sententiam videbimus; si etiam locum quendam e Commentario in Sacharjam huic rei illustrandae egregie accomodatum cum prioribus comparaverimus. Jam supra (p. 59.) e Comment. ad Sach. 9, 9 nonnulla Theodori verba prolata sunt, quibus, Prophetae sensu ad Zorobabelem relato (*ὅτι μὲν ταῦτα περὶ τοῦ Ζοροβάβελ ἐνταῦθα λέγεται δῆλον*), interpretes hunc locum velut de Christo dictum explicantes, gravissime reprehenduntur. Jam ipse addit Theodorus (Cod. Vindob. fol. 188 — 190) *Ὁ δὲ ἀληθὴς τῶν τοιούτων νοῦς ἐκεῖνός ἐστιν, ὃν καὶ πρόσθεν εἰρηκὼς οἶδα, ὅτι σκιὰν ὁ νόμος εἶχεν ἁπάντων τῶν κατὰ τὸν δεσπότην Χριστόν. Πολλὰ τοίνυν τῶν παραδόξως γινομένων εἴτε περὶ τὸν λαόν, εἴτε τοὺς ἐπί τισιν ἐκλεγέντας λέγει μὲν ὑπερβολικώτερον ἐπ' αὐτῶν ἐκείνων ἡ γραφή, τῆς λέξεως κατὰ τὸ πρόχειρον τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἐχούσης, εὑρίσκεται δὲ ἀληθῆ τὰ τοιαῦτα, ὅταν ἐπ' αὐτοῦ κρίνηται τοῦ*

δεσπότου Χριστοῦ, ὃς ἐν ἅπασι παύσας μὲν τοῦ νόμου τὴν σκιὰν, ἐπεισαγαγὼν δὲ τὴν ἀλήθειαν τὴν οἰκείαν, εἰκότως τῶν φωνῶν τῶν τοιούτων ἐπιδείκνυσι τὴν ἀλήθειαν. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ, ὅτι ἐνευλογηθήσεται ἐν σοι καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη· δηλοῖ μὲν γὰρ τοὺς ἐξ αὐτοῦ γογονότας κατὰ τὸ πρόχειρον, ἡ ἀλήθεια δὲ τοῦ ῥήματος ἐπὶ τοῦ δεσπότου συνίσταται Χριστοῦ, ἐφ᾽ οὗπερ ὄντως ἐνευλογηθῆναι γέγονε τὰ ἔθνη. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τῷ μακαρίῳ Δαυὶδ· Ὁ θρόνος αὐτοῦ, ὡς ὁ ἥλιος ἐνάντιόν μου, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ. Τῷ μὲν γὰρ προχείρῳ δοκεῖ τοὺς διαδόχους λέγειν, ἐφ᾽ ὧν διαμένειν ἤμελλεν ἡ βασιλεία· ἡ δὲ τοῦ πράγματος ἀλήθεια ἐπὶ τοῦ δεσπότου δείκνυται Χριστοῦ, οὗ ὄντως ἡ βασιλεία παντὸς μὲν ἡλίου λαμπροτέρα καθέστηκε, παντὸς δὲ οὐρανοῦ μονιμωτέρα. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ· Οὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ σάρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθορὰν, ὅπερ ὑπερβολικῶς εἰρημένον παρὰ τοῦ μακαρίου Δαυὶδ ἐπὶ τοῦ λαοῦ Ἰσραηλιτῶν, ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας ὦπται γεγονὸς ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. Ὅθεν δὴ καὶ τῇ φωνῇ δικαίως ὁ μακάριος ἐχρήσατο Πέτρος, λέγων, ὅτι οὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ σάρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. Πολλὰ τοιαῦτα εὕροι τις ἂν, ἃ μακρὸν λέγειν ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἃ π ρ ό τ ε ρ ο ν μ ὲ ν ὑ π ε ρ β ο λ ι κ ῶ ς ἐ λ έ γ ε τ ο, ο ὐ κ ἔ χ ο ν τ ο ς τ ο ῦ λ ε γ ο μ έ ν ο υ τ ὴ ν ἀ λ ή θ ε ι α ν ἀ κ ρ ι β ῆ, ε ὑ ρ ί σ κ ε τ ο δ ὲ ο ὕ τ ω ς ἔ χ ο ν τ α ὥ σ π ε ρ ο ῦ ν ε ἴ ρ η τ α ι ἐ π ὶ τ ο ῦ δ ε σ π ό τ ο υ Χ ρ ι σ τ ο ῦ. *Τοιοῦτο δή τι καὶ τοῦτό ἐστιν,*

ὁ [58]) μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ Ζοροβάβελ ἔλεγεν ἐκ τῆς διαδοχῆς τοῦ Δαυὶδ κατὰ γνώμην Θεοῦ ἡγουμένου τῶν Ἰουδαίων, ὤφθη δὲ τὸ πρᾶγμα ἀναντίῤῥητον ἔχον ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ τὴν ἀλήθειαν. Τοῦ μὲν γὰρ καὶ ἡ κατὰ τῶν ἔθνων τιμωρία μικρὰ καὶ ἡ τῶν οἰκείων σωτηρία εὐτελὴς, ὅθεν καὶ ἀκολούθως ἐπάγει, ὅτι ἐξολοθρεύσει ἅρματα ἐξ Ἐφραὶμ καὶ ἵππον ἐξ Ἱερουσαλὴμ, δεικνὺς ὅτι πρὸς τοῦτο αὐτοῖς συμβαλεῖται τὸ τῶν πολέμων αὐτοὺς ἀπαλλάττειν. Ἀληθὴς δὲ ἡ φωνὴ πέφηνεν ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ἐφ' οὗπερ ὄντως ἔνεστι χαίρειν μόνιμόν τε χαρὰν καὶ διηνεκῆ, ὃς ὄντως δίκαιός ἐστι, ἅτε μετὰ τούτου πάσῃ κρίνων γῇ οἰκουμένῃ, καὶ σώζων ὄντως, ὅ γε πάντας ἐξ ἀπωλείας εἰς σωτηρίαν μεθιστὰς διηνεκῆ καὶ βεβαίαν. Ἐνταῦθα μὲν οὖν εἴρηται περὶ τοῦ Ζοροβάβελ, συμμετρουμένης τῆς φωνῆς τῷ ἐφ' οὗπερ λέγεται τὰ γεγραμμένα. Ἐν δὲ τοῖς εὐαγγελίοις ἐπὶ τὸν δεσπότην ἧκται Χριστὸν, ὃς διὰ πάντων ὦπται καὶ μέγας καὶ ὑψηλὸς, καὶ δίκαιος καὶ σώζων και μονίμους τὰς οἰκείας παρέχων εὐεργεσίας ἀμεταθέτους τε παντελῶς καὶ μεταβολὴν οὐδεμίαν δέξασθαι δυναμένας. Τοῦτο μὲν οὖν ἀκολουθότατόν τε καὶ πρέπον καὶ λέγειν καὶ νοεῖν. Τὸ δὲ μέρος μὲν αὐτοῦ λέγειν εἰρῆσθαι περὶ τοῦ Χριστοῦ, κατιόντας δὲ μεθίστασθαι ἐπὶ τὸν Ζοροβάβελ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἀπ' ἐκείνου, καὶ πάλιν ἐπὶ τοῦ Ζοροβάβελ ἀπὸ τοῦ δεσπότου Χριστου, οὐδὲν ἕτερόν ἐστι, ἢ πρῶτον μὲν ἀλλόκοτον δεικνύντων τὴν προφητείαν, εἶτα τὰς φωνὰς τὰς γραφικὰς ἐξ ἴσου μεριζόντων εἴς τε τὸν οἰκέτην καὶ τὸν δεσπότην, ἐπεὶ καὶ τὸ λέγειν εἰς

58) Ita quidem in codice. Sed videtur deesse προφήτης, ita ut legendum sit: Ὁ μὲν γὰρ προφήτης.

ἀπόδειξιν τοῦ μὴ τῷ Ζοροβάβελ προσήκειν τὰ εἰρημένα, ὅτι ἔρχεται ὁ προφήτης ἔφη, καίτοιγε πάλαι τοῦ Ζοροβάβελ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας μετὰ τῶν λοιπῶν ἐπανεληλυθότος, ψυχρολογίας ἐςὶ περιττῆς καὶ ἀπειρίας τῶν θειῶν γραφῶν. Τὸ γοῦν· ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, οὐχ ὡς περὶ μέλλοντος, ὡς περὶ γεγονότος δὲ ἤδη λέγει. Οὐ γὰρ ἀχθήσεται εἶπεν, ἀλλ' ἤχθη, ὥςε κἂν ἁρμόσειεν οὐδὲ τοῦτο τῷ δεσπότῃ Χριςῷ κατὰ τὸν τῶν σοφωτάτων λόγον· οὓς ἔχρην εἰδέναι τῶν χρόνων ἐναλλαγὴν ποικίλην οὖσαν ἐπὶ τῆς θείας γραφῆς, ὁπεροῦν διὰ πολλῶν ἡμεῖς ἔν τε τῇ τῶν ψαλμῶν ἑρμηνείᾳ καὶ ἐπὶ τῶν προφητῶν ἐδείξαμεν αὐτάρκως. Ἐνταῦθά μέντοι γε οὐδὲ ἡ χρῆσις τῆς φωνῆς, εἰ δή τις αὐτὴν κατὰ τὸν χρόνον κρίνοι, ἁρμόττουσα τῇ τοῦ δεσπότου Χριςοῦ παρουσίᾳ· ἡ μὲν γὰρ μετὰ πολὺν ἤμελλε γενέσθαι τὸν χρόνον· ὁ δὲ οὐκ· ἐλεύσεται, εἶπεν, ὅπερ ἥρμοττεν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος εἰπεῖν, ἀλλ' ἔρχεται, ὅπερ εἴωθεν ἐπὶ τῶν ἐγγὺς καὶ παραχρῆμα γινομένων λέγεσθαι. Κατὰ δέ γε τοῦτον αὐτῶν τὸν λόγον πολλὰ καὶ ἕτερα περιττῶς εὑρεθήσεται κείμενα παρὰ τῷ προφήτῃ, ἐπεὶ καὶ τοῦ Ἰησοῦ νῦν ἀφαιρεῖσθαι λέγει τὰ ῥυπαρὰ ἱμάτια,[59]) ἅπερ ἦν δήλωσις τῆς αἰχμαλωσίας, νῦν τε αὐτῷ τὸ ἱερατικὸν περιτίθεσθαι σχῆμα. Καίτου γε δῆλον, ὅτι καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ Ζοροβάβελ ἐληλύθει, ἀπαλλαγεῖς τε τῆς αἰχμαλωσίας καὶ ἐν τῷ τῆς ἱερωσύνης σχήματι καθεςὼς, ὅθεν καὶ ὁ προφήτης, ὁ μακάριος Ἀγγαῖος, κοινῇ πρός τε τὸν Ζοροβάβελ καὶ πρὸς αὐτὸν φαίνεται λέγειν τὸ χρῆναι τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ φροντίσαι, καὶ τὸ μέτρον δὲ τῆς τιμωρίας νῦν

59) Cf. Zachar. 3, 3.

ἀφαιρεθὲν μετὰ τῆς ἁμαρτίας τοῦ Ἰσραὴλ φησι εἰς Βαβυλῶνα ἀπενηνέχθαι. Καίτοι γε Κῦρος μὲν ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς τῆς τε αἰχμαλωσίας ἀπέλυσε τὸν λαὸν καὶ τὴν Βαβυλῶνα καθεῖλε. Φαίνεται δὲ ταῦτα ἐπὶ Δαρείου τοῦ βασιλέως λέγειν ὁ προφήτης, ὃς τέταρτος ἦν ἀπὸ Κύρου, ὡς οὐκ εἶχε καιρὸν κατά γε τοὺς τῶν τοιούτων νομοθέτας νῦν λέγειν γίγνεσθαι ταῦτα, ἃ πάλαι καὶ πρὸ πολλοῦ γεγόνει τοῦ χρόνου. Ἀλλ' εὔδηλον, ὅτι τὰ μὲν πράγματα γέγονεν, ὁ προφήτης δὲ δι' ἀποκαλύψεως ὁρᾷ νῦν αὐτὰ γιγνόμενα, ὡς ἂν καὶ γεγονότων οἱ τοῦ λαοῦ μάθοιεν πάντες, ὅτι οὐδὲν ἀπὸ ταὐτομάτου γέγονε, θείᾳ δὲ βουλήσει καὶ ὅρῳ ἐπιτετελέσαι δὴ πάντα τὰ περὶ αὐτοὺς ἀγαθὰ, ὥς' οὐδὲν ἀπεικὸς ἦν καὶ νῦν περὶ τῶν προςεσομένων τῷ λαῷ διὰ τῆς τοῦ Ζοροβάβελ βασιλείας κατὰ θεοῦ γνώμην εἰς τοῦτο προχειρισθέντος λέγοντα τὸν προφήτην εἰπεῖν, ὅτι ἐπὶ τούτοις πάρεςί τε καὶ πρὸς βασίλειαν ἐξειλέκται παρὰ τοῦ θεοῦ, ἐπὶ τὸ ποιῆσαι ταῦτα, ἀπεροῦν ἐν τοῖς ἑξῆς περὶ τὸν λαὸν δι' αὐτοῦ γεγενῆσθαί φησι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς ἀκριβεςέραν εἰρήσθω διδασκαλίαν.

Omnibus sane his locis cum lectoribus communicatis nonnullae continentur phrases, quae allegoricam interpretandi rationem sapere videntur, velut in Commentario ad Joelem: *ἡ μὲν δὴ πρόχειρος τῆς λέξεως ἐννοία αὕτη, — ἡ τῶν εἰρημένων ἀλήθεια τὴν ἔκβασιν ἐφαίνετο ἐπὶ τοῦ δεσπότου λαμβάνουσα Χριςοῦ, — ὡς τοῦτο δὴ τὸ πάλαι διὰ τοῦ προφήτου μεταφορικῶς ἢ καὶ ὑπερβολικῶς εἰρημένον, νῦν φανερὰν ἔχειν τῶν μηνυομένων πραγμάτων τὴν δεῖξιν*; in Commentario ad Micham: *Πᾶσα ἡ πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπαγγελία περὶ τοῦ βασιλεύειν τοὺς ἐξ αὐτοῦ γενομένη δοκεῖ μὲν κατὰ πρῶτον λόγον σημαίνειν τοὺς κατὰ διαδοχὴν,*

ἐξ ἑαυτοῦ γεγονότας βασιλεύειν τοῦ Ἰσραήλ, τῇ ἀληθείᾳ δὲ τὸν δεσπότην Χριστὸν τὸ κατὰ σάρκα μηνύει; in Commentario ad Sacharjam: Τῆς λέξεως κατὰ τὸ πρόχειρον τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἐχούσης, — δηλοῖ μὲν γὰρ τοὺς ἐξ αὐτοῦ γεγονότας κατὰ τὸ πρόχειρον, ἡ ἀλήθεια δὲ τοῦ ῥήματος etc. Disquirendum igitur, num ejusmodi verborum formulae tantum valeant, ut etiam Theodorum nonnunquam Allegoristarum rationem sequutum esse demonstrent, an forte cum ejus taedio omnium interpretamentorum allegoricorum conciliari possint, ac verba tantum ita sonent, quasi allegoricum interpretandi genus exhibeant. Ac primum praeter istas dicendi formulas modo excitatas alias etiam occurrere videmus, quibus Theodorus de Veteris Testamenti locis in Novo ad Christum relatis eorum more loquitur, qui ab Allegoristarum ratione alieni esse volunt. Cf. in comment. ad Joelem: Ὁ δέ γε μακάριος αὐτῇ (scil. λέξει) Πέτρος ἐχρήσατο ἐπὶ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος καθόδῳ μάλα εἰκότως. in Commentario ad Micham: οὕτω καὶ τὴν παροῦσαν μαρτυρίαν, ἁρμόττουσαν μὲν ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, λεγομένην δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ καιρὸν γιγνομένων etc.; in comment. ad Sacharj.: εὑρίσκεται δὲ ἀληθῆ τὰ τοιαῦτα, ὅταν ἐπ' αὐτοῦ κρίνηται τοῦ δεσπότου Χρ., — Ὅθεν δὴ καὶ τῇ φωνῇ δικαίως ὁ μακάριος ἐχρήσατο Πέτρος etc. Quae loca omnia ita comparata sunt, ut aliam forte quamlibet inter illa prophetarum effata et Jesu Christi res gestas rationem intercessisse indicent, neque tamen eam, qua dictorum illorum sensus Christum spectaret. Sed ne in verbis haereamus, ea potius, quae de his prophetarum locis Theodorus exposuit, accuratius inspiciamus, ab eo, quem postremum dedimus, incipientes. Prophetam

tam igitur, quum Hierosolyma de regis adventu laetari juberet, non Christum sed Serubabelem cogitasse et significasse, Theodorus identidem asserit, hunc sententiarum nexum nullis interpretamentis allegoricis, quae nonnulla tanquam de Christo dicta suscipere malint, discindi patitur, eosque qui ad Serubabelem quasdam verborum elocutiones minus quadrare forte opinentur, graviter redarguit. Eadem ratione etiam reliquorum locorum Michae et Joelis sensum ita, ut Serubabel et tempora captivitatem Babylonicam subsequentia a propheta spectentur, a Theodoro referri, fragmentorum supra citatorum lectores viderunt. At vero prophetis Serubabelem spectantibus, eorum oratio tamen numine divino ita forte composita est, ut Jesu Christi res gestas indicaret! — Minime gentium! Primum enim nec his in locis, nec in eo, ubi numinis divini efficacitatem in Prophetas se exserentem accuratius depingere conatur (Comment. in Nahum 1, 1. ap. Angel. Maj. p. 76 — 78.), ejusmodi aliquid vel e longinquo Theodorus innuit, deinde vero etiam expressis verbis prophetia secundum sensum historicum excepta ad Jesum Christum, divina sua natura per prophetas loquentem, tanquam auctorem refertur. Nam in comment. ad Joelem supra citato Theodorus, quum ipse prophetiam grammatice et historice interpretatus esset, *῾Ο μὲν γὰρ*, inquit, *δεσπότης Χριςὸς κατὰ τὴν τότε συνήθειαν* 60) *᾽Ιουδαίοις διαλεγόμενος διὰ*

60) Haecce ad divinam Jesu Christi naturam sive *τὸν λόγον* per prophetas sese manifestantem referenda esse elucet. Quum autem humana Salvatoris natura una cum aeterno illo *λόγῳ* divino etiam e Theodori sententia, a Concilio quinto vel malevole vel stupide non agnita, unam tantum constitueret Jesu

τοῦ προφήτου, τὴν οἰκείαν αὐτοῖς παρέχεσθαι δαψιλῶς ἔλεγε κηδεμονίαν, καὶ τὰ ἑξῆς δὲ καθ' ὃν ἡρμηνεύκαμεν τρόπον. Ἐκβέβηκε δὲ ἅπαντα μετὰ τῆς ἀληθείας ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χρ., ubi verba: καθ' ὃν ἡρμηνεύκαμεν τρόπον collata cum oppositione: ἐκβέβηκε δὲ etc. sensum grammaticum indicari luculenter demonstrant. Jam si tam ipse propheta, quam λόγος divinus, per prophetam loquens, id ipsum spectavit, quod secundum grammaticae et historicae interpretationis leges verbis propositis continetur, qui tandem e Theodori sententia fieri potuit, ut alius quoque verborum sensus esset? — At vero Apostoli ejusmodi loca ad describendas Jesu Christi res gestas prorsus accommodata ad ipsum Dominum retulerunt, idque μάλα εἰκότως et δικαίως! Quonam igitur jure? Audiamus Theodorum,

---

Christi personam, statim ad hoc commune ambarum naturarum nomen refertur, quod uni competebat naturae. Eadem ratione de hac λόγου divini efficacia ante Jesum Christum exortum etiam inter gentes se manifestante Theodorus disserit in apologia contra Julianum (Münter frag. patr. graecor. fascicul. I. p. 79. ss.): Καὶ ζητούντων (nempe τῶν ἐθνῶν) θεοῦ, ᾧπερ ἀσφαλῶς καταπιστεύσειαν ἑαυτοὺς, ἐν τούτοις ὤφθη Χριστὸς καὶ δεομένοις ἐπεφάνη κατὰ καιρὸν· πρότερον μὲν οὐ κατ' ἔθνη ἀλλὰ κατὰ ἄνδρα, ἐκλεγόμενος ἀπὸ τῶν ἐθνῶν οὓς ἀνεύρισκε πειθομένους, νῦν δὲ κατὰ ἔθνη. Quo quidem loco Münterus se nescire profitetur, quid Theodorus sibi velit, locumque tanquam mutilatum sanare conatur, sed frustra et temere. Spectat enim Theodorus νοητὴν τοῦ λόγου ἐπιδημίαν, qua singulis viris e gentibus electis, velut Pythagorae, Socrati, Platoni λόγος deinde in Christo incarnatus, atque ita cunctis gentibus manifestatus, ex antiquorum patrum sententia sese revelaverit. (Cf. Clem. Alex. Strom. VI. p. 761. Orig. adv. Celsum p. 176.)

In Commentario ad Sacharjam, posteaquam allegorica loci supra propositi interpretamenta respuit, *τὸν ἀληθῆ τῶν τοιούτων* [61]) *νοῦν* expositurus, ad easdem nos revocat disquisitiones typologicas, quas ante jam e Theodori commentario in Jonae vaticinia illustravimus, *ὅτι σκιὰν ὁ νόμος εἶχεν ἁπάντων τῶν κατὰ τὸν δεσπότην Χριςόν* etc. atque has contemplationes typologicas tamquam unice probabilem horum locorum tractandorum rationem Allegoristarum ineptiis opponit. Nec aliter censet in Commentario ad Joelem, ubi Petrum Apostolum de spiritu sancto disputantem, loco Joel. 2, 28. *εἰκότως* usum esse dicit, *ἐπειδὴ σκιὰν μὲν ἁπάντων τῶν μελλόντων εἶχεν ὁ νόμος.* Jam si ea, quae de hac Theodori typologia antea diximus, respicere lectoribus placuerit, nunc forte Theodori sententia non obscura erit. Quodsi enim res, Veteris Testamenti temporibus Deo moderatore gestae, quas Prophetae locis citatis spectabant, novae oeconomiae typos continebant, sponte jam elucet, prophetias, res illas antiquas indicantes etiam ad typorum illorum *ἐκτύπους*, quamquam a prophetiarum illarum auctoribus minime spectatos, tamen propter internam rerum similitudinem, bene quadrare. Atque e Theodori sententia adeo quadrassent aliquatenus si a c c u r a t e res illas antiquas descripsissent; multo autem melius quadrant, si typos illos non accurate sed h y p e r b o l i c e describunt. Nam

61) Nempe talium explicationum allegoricarum, quales proxime antecedunt. Verum enim ipsius prophetiae sensum ante jam Theodorus exposuerat, interpretationem suam ita absolvens: *ὅτι μὲν οὖν ταῦτα περὶ τοῦ Ζοροβ. ἐνταῦθα λέγεται, δῆλον.* Itaque Theod. quum Allegoristae vera falsis miscerent, id quod supra jam ostendimus, nunc vera illarum interpretationum falsarum fundamenta commonstrare studet.

saepius quidem elocutiones et descriptiones hyperbolicae in Veteris Testamenti sermone occurrunt, verum ita, ut Orientalium hominum usui convenientes, majorem lectoris attentionem non excitent. At vero si eae res, quae, ipsae quidem viliores, velut ex instituto perfectiorem rerum futurarum conditionem praefigurant, hyperbolice praedicantur, rerum vilitas magnifica oratione quasi compensatur, unde fieri non potest, quin ejusmodi verba rerum futurarum imaginem accuratius depingere videantur. Ex hoc igitur genere est Joelis prophetia (2, 23. ss.) qua singularis quaedem Dei cura [62]) rebus externis gentis Judaicae impendenda promittitur, sed verbis rei veritatem longe excedentibus; nam ἣν τὰ μὲν ἐπ' ἐκείνων μικρὰ πάντα καὶ ὡς ἐν σκιᾷ γινόμενα, ὥςε καὶ ὑπερβολικῶς εἰρῆσθαι μᾶλλον, ἢ τὰ πράγματα εἶχεν. Quum autem singularis Dei circa gentem Judaicam cura Jesu Christi temporibus plene et perfecte sese manifestaret (κηδεμονίας δὲ ὁ λαὸς ἠξιοῦτο — — ἐν τῇ τοῦ δεσπότου Χρ. παρουσίᾳ) spiritus sancti effusione, factum est ut prophetica illa dictio hyperbolica ad hanc spiritus sancti effusionem describendam velut accommodata videretur. Nec alia ratione Theodorus agit de verbis Psalmi decimi sexti: *Οὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδην, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν* tam in Commentario ad Joelem quam ad Sacharjam. Nempe *πολλὰ τοιαῦτα*, inquit de hoc loco in commentario ad Sacharjam, *εὕροι τις ἄν, ἃ πρότερον ὑπερβολι-*

---

62) Quatenus τὸ πνεῦμα per κηδεμονίαν illo loco Theodorus recte interpretatus sit, disquirere non attinet ad rem. Nunc enim in universum quid Theodorus de ejusmodi locis interpretandis censuerit, exploramus.

κῶς ἐλέγετο, οὐκ ἔχοντος τοῦ λεγομένου τὴν ἀλήθειαν ἀκριβῆ, εὑρίσκετο δὲ οὕτως ἔχοντα ὥσπερ οὖν εἴρηται, ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριςοῦ. Nam propria illorum verborum sententia est, ὅτι ἐξηρέθη (scil. ὁ λαὸς, cujus nomine Davides loquitur) κινδύνου καὶ διαφθορᾶς, (comm. in Joel.) quod Davides quidem hyperbolice [63]) eloquutus est. In Christo autem, cujus veluti typum tota gentis Judaicae historia exhibet, omnia tam perfecta et ex omni parte absoluta cernuntur, ut nullis periculis, ideoque nec mortis periculo illum supprimi potuisse videamus. Itaque ἡ τοῦ πράγματος ἀλήθεια τῶν εἰρημένων ἐπὶ τοῦ δεσπότου δείκνυται Χριςοῦ, ὅτε οὔτε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καταλειφθῆναι γέγονεν εἰς ᾅδην, ἀποκαταςᾶσαν τῷ σώματι διὰ τῆς ἀναςάσεως, οὔτε τὸ σῶμα διαφθοράν τινα ὑπομεμένηκεν, ὡς μὴ μόνον ἐπὶ τοῦ οἰκείου μεῖναι σχήματος, ἐν ᾧ δὴ τετελεύτηκεν, ἀλλὰ γὰρ καὶ εἰς ἀθάνατον καὶ ἄφθαρτον μεταςῆναι φύσιν, ὡς εἶναι ἐκεῖνο μὲν αἴνιγμα, τουτὶ δὲ ἀλήθειαν. (cf. p. 63.)

Quae igitur de gente Judaica quidem dicta, tamen non satis accurate fatis ejus describendis conveniunt, ea Jesu Christi fatis, quamquam de iis non dicta, tamen bene conveniunt. Verum omnia hujus generis exempla, velut de cunctis gentibus per Abrahamum benedicendis, de sempiterno regno Davidico, de rege e Bethlehem oriundo, de rege miti et submissa specie Hierosolyma intrante, haec, inquam, omnia, in locis supra citatis obvia deinceps expli-

---

63) μεταφορικῶς ἤτοι ὑπερβολικῶς, nempe metaphorice, quatenus carne non corrupta populi salutem integre servatam significavit; hyperbolice autem, quatenus populum ab interitu servatum ita descripsit, quasi nullum omnino interitum passurus esset.

care longius foret, nec difficile erit intellectu secundum rationes propositas quid Theodorus de iis judicaverit. Unam tantum exemplum addimus, (ne forte solum e commentariis illis ineditis rem nobis propositam illustrare et confirmare videamur), ex Actis Concilii quinti desumtum (Mansi Tom. 9. p. 212.) ubi Theodorus Psalsum vigesimum secundum interpretans haecce dicit: „Eundem intellectum habet et illud: Diviserunt sibi vestimenta mea et supra vestimentum meum miserunt sortem. Quod enim psalmus nullatenus convenit Domino, certum est. Neque enim erat Domini Christi, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus, dicere: Longe a salute mea verba delictorum meorum. Sed et ipse Dominus, dum secundum communem hominum legem in passione opprimeretur, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? emisit vocem; et apostoli: Diviserunt sibi vestimenta mea et super vestimentum meum miserunt sortem, ad eum traxerunt manifeste, quoniam quod supra modum (h. e. ὑπερβολικῶς) dictum fuerat prius a David propter illata ei mala, hoc ex operibus evenit in Domino Christo, cujus et vestimenta diviserunt, et sorti tunicam subjecerunt. Et in alio fragmento (ibid.) de eodem psalmo: Foderunt manus meas et pedes et omnia perscrutabantur, et quae agebam et quae conabar. Nam foderunt ex translatione dixit eorum, quae per effossionem scrutari, quae in profundo sunt, tentant. Dinumeraverunt omnia ossa mea: totius meae fortitudinis et totius meae substantiae detecto-

res facti sunt, ut etiam numero mea subjicerent. Istud autem ex consuetudine, quam habent hostes, dixit, qui quando obtinuerint, numero et telis subtilem notitiam inventorum faciunt. Propterea et sequenter dicens: Ipsi vero consideraverunt et conspexerunt me, intulit: Diviserunt sibi vestimenta mea et supra vestimentum meum miserunt sortem. Considerantes autem me, ait, et conspicientes, quod omnia eis evenerunt in me desiderata, (conspicere enim ita ut apud nos dicitur pro eo quod est: Vidit in eum, quae volebat pati eum) jam tanquam me omnino malis dedito, sicut et hostes mea post vastationem et captivitatem diviserunt, sorte divisionem eorum facientes. Et evangelista quidem in Domino verba ex rebus assumens eis usus est ut sic et in aliis diximus. Nam quod non pertineat ad Dominum psalmus, in superioribus evidenter ostendimus. At vero beatus David supra modum ista magis ex his quae Absolom facta sunt, dixit, quoniam dum recessisset David, jure belli metropolim ingressus, omnes quidem obtinuit res regales, non piguit autem etiam patris cubile inquinare." Haud secus igitur hic rem tractari videmus, quam in superioribus Theodorum in ejusmodi rebus explicandis versari intelleximus. Multum enim abest, ut psalmum vere ad Dominum Christum pertinere Theodorus statuerit, sed convenire eum censuit Jesu Christi fatis propterea, quod ea, quae ὑπερβολικῶς Davides de sua passione eloquutus esset, Jesus Christus re vera deinde passus esset. Una tantum re haec loca a no

bis postremum descripta ab iis differre arbitramur quae supra cum lectoribus communicavimus. Omnibus enim fragmentis e commentario in Psalmos servatis convenire tantum Psalmorum verba saepius Jesu Christi res gestis et fatis Theodorus demonstrat, sed ita, ut etiam forte fortuito id factum esse possis putare. Illis autem locis supra a nobis prolatis etiam arctius quoddam vinculum, prophetarum verba atque ea, quae Jesu Christi temporibus evenerunt, connectens, lectorum oculis proponitur. Nempe omnibus illis locis de Christo novaque oeconomia divina auctores quidem nihil vel dicere vel sentire Theodorus censuit; verum quum res ab ipsis significatae novae oeconomiae velut typi exsisterent, etiam verba ad typorum illorum ἐκτύπους eo magis quadrare docuit, quo magnificentius res illae Novum Testamentum praefigurantes ab auctoribus enunciatae essent. Quod enim in Vetere Testamento mancum et debile, id in Novo perfectum et stabile. Hac igitur ratione etiam factum est ut Theodorus, quamquam historicum tantum illorum locorum sensum admitteret, tamen verba μηνύειν Novi Testamenti oeconomiam vel in universum vel singulis ex partibus, assereret. (cf. phrases supra notatas.) Quam certo enim omnia manca et imperfecta, quatenus ad exsequendum summum Dei consilium in gubernandis rebus humanis spectatum pertinent, ad perfectionem suam et consummationem perducuntur, quam certo igitur etiam typi illi, quibus perfectioris rerum conditionis initia et stamina continentur, ἐκτύπους suos nanciscuntur, tam certo etiam iis prophetarum locis, quae ejusmodi res typicas describunt, vel praedicunt, idque magnificentius, quam quomodo rei convenit, auspicatis perfertioris conditionis temporibus

respondere aliquid oportet, quod prophetarum verbis velut depictum esse possit videri. Hoc igitur vinculum, illa Veteris Testamenti loca et Novi Testamenti res invicem inter se connectens, quod respiciens Theodorus prophetarum verba μηνύειν Jesu Christi tempora apte dicere potuit, in commentario in Psalmos non tam lucide lectorum oculis propositum reperimus; huc igitur ea fortassis referenda sunt, quae de hac psalmorum expositione ad Cerdonem scribens Theodorus professus est (vid. p. 28) nempe non ea, qua par fuisset, diligentia in hoc opere elaborando se versatum esse, juvenili nimirum levitate abreptum. 64) —

Jam vero Apostolos, qui hoc illorum Veteris Testamenti locorum ad Dominum Christum referendorum jure uterentur, eo consilio scriptis suis ea inseruisse Theodorus judicavit, (in comment. ad Joel. supra citato: ἡ μὲν οὖν αἰτία etc.) ut tum rerum, quae illis locis respicerentur, veritatem Apostolica sua auctoritate confirmarent, tum suorum scriptorum lectores ad piam totius oeconomiae divinae, a minoribus ad majora nos sapienter et gratiose educantis, contemplationem excitarent. Ceterum discrimen quod inter Theodori et Allegoristarum rationem illorum locorum interpretandorum obtinuerit, nemini obscurum fore credo. Allegoristae enim ipsis Veteris Testamenti verbis totum novae oeconomiae ambitum vere jam significari putaverunt, unde, ut hunc sensum elicere possent, ad contortas semper verborum

---

64) Ceteroquin saepissime in commentariis ad prophetas minores provocat ad expositionem suam psalmorum, quippe qua accuratius et prolixius multas res exposuerit. Cf. Prooem. in Os., fragment. commentarii in Sacharj. supra descriptum, all.

explicationes, adeoque ad ineptissimas contradictiones in singularum vocum significatione constituenda ecs deferri oportuit. Theodorus autem verbis nullum nisi cum nexu sententiarum, grammatica, et historia consentientem sensum inesse, at vero nonnullis Veteris Testamenti locis ejusmodi res describi vel prophetice praedici censuit, quae ex Dei voluntate novae perfectiorisque oeconomiae olim auspicandae velut pignora sive typi futurae essent; quatenus igitur haec melioris aevi pignora magnifica prophetarum oratione et rei veritatem excedente descripta essent, ita ut verba tempora futura quasi praeriperent, eatenus etiam haec prophetarum vaticinia, divina auctoritate edita, ac sensu suo aliud quid spectantia, etiam Novi Testamenti tempora spopondisse et indicavisse atque rebus his temporibus gestis convenisse existimavit. Totum autem hoc quaestionum typologicarum genus, quod in comparandis Veteris Testamenti verbis cum Novi Testamenti rebus gestis versatur, Theodoro non admodum arrisisse videtur. Rarissime enim ac ferme nunquam, nisi in locis perversa Allegoristarum interpretatione vexatis ad hasce quaestiones defertur, quibus id tantum agit, ut, quae ab Allegoristis miscebantur, inepta et probabilia, secerneret, atque illis castigatis, haecce ad sana revocaret principia. Longe autem saepius ei contemplationum generi (e commentario ad Jonam antea illustrato) incumbit, quo, praetermissis verborum argutiis, tum ex universae gentis Judaicae tum ex singulorum virorum insignium fatis et rebus gestis absconditae gratiae divinae, Novi Testamenti tempora Vetere praeparantis, consilia illustrantur. Sensit enim haud dubie Theodorus, quanto aptiores ejusmodi contemplationes ad excitandam confirmandamque lectorum fidem essent, quam qua verba aliud

quid spectantia cum Novi Testamenti rebus conferuntur librorum sacrorum tractandorum ratio illa ad errorem praeceps, ubi in rebus minutissimis semper haeret meditatio, in quibus quid, tanquam verus typus, ad Dei moderamen, quid ad liberum hominum arbitrium referendum sit, nemo facile dijudicare potest.

Diximus de iis Veteris Testamenti locis, quae interpretamentis allegoricis falso ad Dominum Christum relata Theodoro, sensum historicum strenue vindicanti, ad prolixiorem ejus, qua ipse haec loca tractari vellet, rationis explicationem ansam dederunt. Ne quis autem Theodorum Allegoristas depugnantem eo progressum esse putet, ut nullibi Veteris Testamenti sensum Christiana tempora vere spectare existimaret, reliquum est, ut loca quaedam in medium proferamus, quibus vaticinia, quae dicuntur Messiana, explicantur. Huc pertinent fragmenta quaedam commentarii in Genesin, quibns Jacobi benedictio (Gen. 49.) illustratur. Nempe ad Gen. 49, 11. in Nicephori Catena Patrum ad Octateuchum haecce a Theodoro adspersa leguntur: *Εἰρηκὼς τὸ τῆς ὄνου, ἤγουν τοῦ πώλου, ἐφ' ᾧπερ ἐκαθέσθη πρὸ τοῦ πάθους ὁ κύριος, ἐπάγει καὶ τοῦ πάθους τὴν μήνυσιν· πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν ϛολὴν αὐτοῦ καὶ τὰ ἑξῆς· ἔθος τῇ γραφῇ, οἴνῳ παρεικάζειν τὰς τιμωρίας καὶ τοὺς θανάτους, ὡς τὸ ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου οἴνου ἀκράτου* (Ps. 75, 8.), *ἵνα εἴπῃ, ὅτι ἐπὶ τῆς ἐξουσίας ἐϛὶ τῆς αὐτοῦ τὰς τιμωρίας ἐπαγαγεῖν οἷς βούλεται. Κἀνταῦθα τοίνυν τὸ πάθος καὶ τὸν θάνατον οἶνον εἰπὼν, καλῶς προσεθέθεικε τὸ εἶναι αἷμα τῆς ϛαφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ, ὡς ἂν τῷ τοῦ αἵματος ὀνόματι σαφέϛερον δηλώσῃ τὸ πάθος· ϛολὴν μὲν οὖν αὐτοῦ ὀνομάζει τὴν ληφθεῖσαν τοῦ δούλου μορφήν· εἶδο-*

λον δὲ, ὡς οἴνῳ πλύνεσθαι ἐσθῆτα οὐχ οἷόν τε· τοὐνάντιον δὲ καὶ μολύνεται οἴνῳ εὐθὺς, ὡς καὶ δυςέκπλυτον εἶναι τὸν ἐξ αὐτοῦ μολυσμόν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ θάνατος πᾶσι μὲν ἀνθρώποις ἀπόθεσίς ἐςι ζωῆς, τῷ δὲ Κυρίῳ οὐκ ἀπόθεσις ζωῆς, ἀλλὰ μετάςασις πρὸς ἑτέραν τινὰ κρείττονα γέγονε ζωὴν, εἰς ἣν ἐκ νεκρῶν ἀναςὰς μετελήλυθε, διὰ τοῦτο λέγει· Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν ςολὴν αὐτοῦ καὶ τὰ ἑξῆς, ἵνα εἴπῃ, ὅτι δέξεται τὸ πάθος οὐκ ἐπὶ τιμωρίᾳ, ὡς οἱ λοιποὶ, ἀλλ' ὡς πολὺ λαμπρότερος ἐξ αὐτοῦ φανῆναι, ἀθάνατος καὶ ἄφθαρτος γεγονώς. et ad Genes. 49, 12: „Χαροποιοὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου, καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα." ἐπειδὴ γὰρ τῶν οἴνῳ πολλῷ κεχρημένων ἔθος ὑφαίμους πως εἶναι τοὺς ὀφθαλμοὺς, τοῦτο λέγει, ὅτι κατὰ μὲν τὸ πάθος καὶ τὸν θάνατον ἀλλοίωσίν τινα φανεῖται δεξάμενος. Τοσαύτην δὲ ἕξει ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴν, ὡς γάλακτος φανῆναι λαμπρότερος. Ἀπὸ γὰρ τῶν ὀδόντων, ὡς ἀπὸ μέρους, τὸ πᾶν εἰπεῖν ἠβουλήθη, καὶ μάλιςα ἐπειδή πως ἀποκεκρυμμένους μὲν εἶναι τοῖς χείλεσι τοὺς ὀδόντας συμβαίνει, ἀναφαίνεσθαι δὲ διανοιγομένου τοῦ ςόματος. Οὕτω δέ πως καὶ ἡ περὶ αὐτὸν λαμπρότης κεκρυμμένη κατὰ τὸν τοῦ θανάτου καιρὸν, ἀναφανήσεται πᾶσι διὰ τῆς ἀναςάσεως. — Psalmum autem quadragesimum quintum interpretans, haecce dicit (ap. Facund. Hermian. in def. tr. cadit. lib. 9. p. 486.) ad vers. 6: „Quoniam quidem prius ait regna, postea autem memoratus est inimicorum perditionem, et reliquorum subjectionem, ne aliquis existimet nuper ei accessisse regnum, vel certe posse denuo privari eadem potestate, haec infert: Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi; hoc est: consequenter quidem inte-

rimentur inimici, reliqui vero omnes subjicientur. Quoniam quidem non subintromissum habes regnum sed ex sempiterno omnium regnas et in aeternum regnas, et regnum tuum manet in aeternum. Haec Judaei ut fabulas inanes intelligunt, existimantes de homine rege dicta. Cui enim hominum tantum hoc insigne virtutum aut talium magnitudo dictorum? Cui vero conveniet: et deducet te mirabiliter dextra tua? divina scriptura de omnibus justis semper ita loquente, quia ex divino adjutorio virtutem possideant. Manifestum autem hic et illud est, quia non de aliquo impio in propria virtute fidente. Ad quem igitur hominum loquens infert: Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi? Si autem de rege Deo dicit, manifestum quoniam et de regina non muliere, sed de ecclesia, quam Christus sibi per fidem desponsavit, per affectum animae sibi scilicet jungendam. Etenim moris est scripturae divinae, eos qui per scientiam adjunguntur Deo, conjugem ejus vocare, ad ostendendum eorum cum Deo plenissimam copulationem et unitatem. — Sicut et Johannes baptista dicit: Qui habet sponsam, sponsus est. Quoniam igitur semper Dei conjux dicitur congregatio hominum, qui ei per scientiam copulantur, regem autem Christum convenienter appellavit, necessario ergo est regina, quae regis uxor est, non alia promotione circa illam procedente, quam ea, quam de viri dignitate communicat. Consequenter ergo reginam vocat ecclesiam, os-

tendens quantam sortita sit ex Christi adunatione dignitatem, quae ei accessit ex fide. Quoniam autem de Deo et patre haec dici non possunt, quae sequuntur adstruunt manifeste." — Quae quidem scripturae sacrae loca quam recte a Theddoro explicata sint, non hujus loci est disquirere, verum in interpretandi ratione et principio Nostrum semper sibi constare videmus. Neque enim unquam profundiorem quendam quam grammaticum sensum ex professo rimari affectat, sed quod scriptores sacri sive propria verborum significaticne sive per troporum usum eloqui voluissent, hoc solum tum ex usu dicendi scriptoribus sacris consueto, tum e toto sententiarum nexu, (quem quidem mente et cogitatione comprehendens, ut alius quisque, etiam ipse interdum falli potuit), cognoscere studet. Ubi igitur hac ratione Scripturam perlustrans Novi Testamenti tempora prophetice vel praedicta vel descripta deprehendit, ibi e vero et unico illorum locorum sensu Messiana vaticinia agnoscit, alium quendam eorum sensum nullum constituens.

Sed haec ei interpretandi generi, quod Theodorus Allegoristarum rationi opposuit, adumbrando ferme sufficient. Quam bonus autem in hoc genere interpres ille fuerit, exponere a nostro proposito nunc quidem alienum est. Non enim in universum quonam successu in libris sacris interpretandis Theodorus versatus sit, sed quonam modo sobriam interpretandi rationem a coaevorum suorum perversitate vindicaverit, explicare voluimus. Quod ita eum fecisse vidimus, ut et Allegoristarum erroribus strenue resisteret, neque eorum, qui litterae semper interpretem inhaerere, stulte volebant, opinioni nimium concederet. Quodsi enim e Commentariis in duodecim pro-

phetas, quos solos habemus integros, de reliquis, quorum fragmenta tantum exstant, conjecturam facere licet, hunc morem in libris sacris pertractandis Theodorus sequutus esse videtur, ut in prooemiis quidem cum librorum singulorum argumentum succincte exponeret, tum typologica hujus argumenti discussione lectores moneret, quatenus potissimum ea, quae singulis quibusque libris traderentur, ad universalem oeconomiam divinam Vetere Testamento Novum praeparantem pertinerent; deinde vero, quum ad interpretandum accessisset, nihil nisi id ipsum, quod auctores sacri verbis suis exprimere voluissent, grammaticae historiaeque ope et sententiarum nexu sedulo pervestigando exploraret, eorum praesertim locorum, quae perversa Allegoricorum interpretatione plerumque vexari solebant, hunc sensum historicum strenue vindicans, illorumque commenta, quibus vera falsaque mixta essent, ab interpretatione ad typologiam sacram demandans. Quodsi autem Theodorus hac sua librorum sacrorum tractandorum ratione ita usus est, ut tam in typologia quam in interpretatione interdum vel omnino falleretur, vel ea saltem, quae sensisset minus accurate exponeret, nemo sane, qui viri hujus praeclari conamina illius aevi modulo metiri sciverit, vel mirabitur, vel ejus meritis quidquam eo derogari existimabit. Viam saltem, qua interpretes, si Scripturae auctoritati, lectorum utilitati, artis dignitati et velut castitati consulere vellent, incedere oportebat, et ingeniose monstravit, et firme tenuit. Utinam illi, qui aetate eum sequebantur, etiam via hac eum sequuti essent! Sed quemadmodum ante Theodori tempora omnes in Vetere Testamento allegorias sectabantur, sic etiam eorum, qui aetate vel pares vel minores erant, nemo fuit, quin misero illo allegoriarum studio, omnem librorum sacrorum auctoritatem funditus evertente, absti-

nere potuisset. Chrysostomus enim, Theodoretus, et inter Latinos Hieronymus et Augustinus, quamquam de Veteris Testamenti interpretatione non parum meriti, adeoque interdum hermeneutices canones satis probabiles proponentes, omnes tamen plenis buccis etiam allogorias evomunt. Tenuem enim illam, quae sanam typologiam ac interpretationem allegoricam discernit, limitem dispicere impotes, illamque prorsus dimittere merito recusantes, hanc quoque bono animo amplectuntur, ingenii tantum bonitate et candido pietatis studio, non certis scientiae finibus coerciti, quo minus nimium in hoc genere debacchentur.

Theodoro igitur debitam palmam deferentes, age, videamus, ut ejus exemplo ad nostram quoque institutionem recte utamur, ne forte, quum nos ea, quae ille adhuc peccaverit, tot saeculis interjectis penitus emendasse deceat, nostra potius peccata illius exemplo coargui videantur.

